TABVLAE ANATOMICAE

QVAS

AD ILLVSTRANDAM

HVMANI CORPORIS FABRICAM

COLLEGIT ET CVRAVIT

IVSTVS CHRISTIANVS LODER

IN ACADEMIA QVAE IENAE EST ANATOMES ET CHIRVRGIAE PROFESSOR.

VINARIAE

Sumtibus noui Bibliopolii

vulgo *Industrie-Comptoir* dicti.

1794.

TABULARUM
ANATOMICARUM

VOLUMEN I.

T *A* B. *I — XC.*

PRAEFATIO.

Cum tantus ſit noſtris temporibus non apud medicos ſolum, ſed apud omnes fere cultioris ingenii viros, anatomici et phyſiologici ſtudii feruor; ſaepe miratus ſum, qui factum ſit, vt nemo adhuc de edendis tabulis anatomicis, *omnium* humani corporis partium formam et ſtructuram exhibentibus, toto, vt ita dicam, pectore cogitauerit. Fuerunt quidem, qui vel aliquas vel plures partes adcurate, immo elegantiſſime, delineatas darent; nullum tamen anatomicum opus, quod *totum* corpus figuris comprehendat, exſtare, nec omnia iſta opera, junctim ſumta, ad cognoſcendam *vniuerſam* humanam fabricam ſufficere, notiſſimum eſt.

Etſi vero me non fugit, *praecipua* et cognitu inprimis digna organa variis hisce libris contineri; tamen adſerere haud dubito, eorum deſiderio, qui anatomiae ſtudio vel neceſſitatis vel delectationis cauſſa incumbunt, ne hac quidem in re omnino ſatisfactum eſſe. Sunt enim maiora minoraue iſta opera tum difficillime comparanda, tum tanto pretio emenda, vt vix in publicis, nedum in priuatis bibliothecis, completa inueniantur, adeo, vt rariſſima ſit opportunitas iisdem vtendi. Venit mihi in mentem Academia, quae antiquiſſima et inter germanicas prae multis aliis celeberrima eſt, in qua ne vnicum quidem Albinianarum tabularum oſteologicarum exemplar nec in publicis nec in priuatis bibliothecis inuenire potuerim.

Quae cum ita eſſe animaduerterem, non inutilem laborem me ſuſcepturum eſſe putaui, ſi tabulas, *vniuerſam anatomen* comprehendentes, ſenſim ſenſimque, perpetua tamen ſerie, ederem illasque ita inſtituerem, vt, quantum id fieri poſſet, emtorum ſumtibus parceretur, nec tamen diſtinctae et adcuratae partium delineationi aliquid decederet. Formam elegi vulgari charta paullo maiorem, quippe quae ad comprehendendas in quauis tabula plures figuras idonea eſſet, et ad frequentiorem tabularum vſum commodior videretur. Picturas lineares non addidi, niſi vbi ſumma neceſſitas vrgeret: compendii cauſſa id factum eſſe, vix eſt quod moneam.

Quod vero ad ſingulas figuras adtinet, eas partes, quas adcurate et naturae conuenienter in variis anatomicorum libris expreſſas inueni, ad archetypum quodcumque imaginis effingi juſſi, illas vero, quas vel minus recte delineatas judicabam vel a nemine adhuc depictas eſſe noueram, ad idonea praeparata anatomica in muſeo meo ſeruata delineandas curaui.

Nolo autem quispiam ſibi fingat, me tale opus adgreſſum eſſe, quod iis ſatisfaciat, qui ſummae elegantiae, aut, vt rectius dicam, oſtentationi in hisce rebus indulgent: potuiſſem fortaſſis et illorum votis reſpondere, niſi id in animo habuiſſem, vt ſumtibus emtorum parcerem, iisque, quibus datum non eſt, ſplendida et ſumtuoſa opera ſibi parare, opportunitatem praeberem, corporis humani fabricam, quantum id e tabulis fieri poſſet, vel cognoſcen-

di,

di, vel animo et memoria recolendi. Itaque non vereor, ne quis ſit non peritus ſolum, ſed et candidus aequusque harum rerum arbiter, qui vitio mihi vertat, ſi ſplendori minus, quam perſpicuitati figurarum operam dederim: omninoque omnes, qui de opera noſtra exiſtimare velint, rogo, vt meminerint, me quam plurimis anatomiae cultoribus, iisque non magiſtris, ſed tyronibus potius, inſeruire ſtuduiſſe.

In explicatione tabularum ſemper indicaui nomen auctoris addidique menſuram, qua quamcunque figuram, ſi opus erat, diminui. Vbi nulla menſura adſcripta eſt, archetypum eadem magnitudine imitandum curaui, idque ſemper factum eſt, vbi partes pro natura ſua minores expreſſae ſunt. Figuras, quas ego adieci ſecundum praeparata mea delineatas, ſeorſim non indicaui: diſtinctae tamen ſunt a ceteris, quia alieno nomine carent.

Notandum vero eſt, me non in omnibus rebus figuras ita exhibuiſſe, vt archetypo ſuo plane reſponderent: de induſtria enim quaedam mutaui, quae minus recte expreſſa videbantur, eaque naturae praeparatisque meis magis adcommodare ſtudui.

Ipſis autem tabulis breuem expoſitionem eum in finem adieci, vt ſingulae partes melius intelligerentur. Qui vberiorem deſcriptionem deſideret, librum meum adeat, ſub titulo *Anatomiſches Handbuch* germanico idiomate ſcriptum, cuius nouam, quam meditor, editionem in latinam linguam vertere animus eſt.

Denique ſi quae fuerint, quae vel ratione tabularum, vel ratione explicationis, aliquo jure monita eſſe animaduerterim; ea in vſum vocare et in rem meam conuertere non recuſabo. Veri ſtudioſum me profiteor, ideoque quae vera inuenero, etiamſi ab acerbo et inuidioſo reprehenſore profecta fuerint, bono gratoque animo accipiam. Ceterum addo quae celeberrimus olim poeta Anglus, Pope, dixit:

Whoever thinks a faultleſs piece to ſee,
Thinks what ne'er was, nor is, nor e'er ſhall be.

Scripſi Ienae a. d. IV. Iunii cIↃ IↃ CC LXXXXIV.

SECT.

SECTIO I.

OSTEOLOGIA.

EXPLICATIO

TABVLAE I.

Omnes figurae ad illuſtrandam Oſteogeniam ſpectant.

Fig. 1. *Superficies interna ſ. poſterior patellae infantis neonati.*

1. Tendo *muſculi recti femoris* et *crurei.*
2. *Ligamentum patellae.*
3. Locus vbi abſciſſus eſt tendo *vaſti interni* et *externi.*
4. *Membranae capſularis* reliquiae.
5. *Arteriae articularis ſuperioris internae* et *externae* rami, qui cum
6. *Arteriae articularis inferioris internae* et *externae* ramis circulum formant, quo ambitus partis articularis patellae cingitur.
7. Arteriae quae perichondrio ſuperficiei externae patellae inſunt et per cartilaginem translucent, in ipſam vero cartilaginis ſubſtantiam non penetrant.

Fig. 2. *Patellae infantis paullo adultioris eadem ſuperficies.*

Vaſa, quae in ipſam cartilaginis ſubſtantiam penetrant et ſucco oſſeo repleta ſunt, alba videntur, et vbi deſinunt nodulos plerumque formant: quae vero ſanguinem continebant et in hoc praeparato cera repleta ſunt, atque per cartilaginem translucent, nigra aut obſcura adparent. Reliqua ex Figura 1. facile intelliguntur.

Fig. 3. *Eadem ſuperficies patellae infantis anno aetatis I. demortui.*

Vaſa ſuccum oſſeum continentia circulum formant, e cuius ambitu hinc et inde ramuli exeunt in ſurculos diuiſi. Reliqua ſunt vt in Figura 2.

Fig. 4. *Eadem ſuperficies infantis anno aetatis II. demortui.*

Vaſa ſanguifera cera non ſunt repleta: hinc illa, quae ſuccum oſſeum continent, diſtinctiora adparent.

Fig. 5. *Eadem ſuperficies patellae infantis.*
Walteri *Oſteologia* Tab. II. Fig. 5.

Nucleus oſſeus in medio patellae cernitur. Reliqua ſunt vt in Fig. 2.

Fig. 6. *Superficies externa ſ. anterior patellae infantis paullo adultioris.*
Walter Tab. III. Fig. 8.

Ex arteriis articularibus ſuperioribus et inferioribus ramuli decurrunt ad perichondrium patellae, ex his vero ſeſe immergunt in ipſam cartilaginis ſubſtantiam ſurculi, qui ſucco oſſeo repleti ſunt. Nucleus oſſeus per perichondrium translucet.

Fig. 7. *Superficies interna patellae infantis.*
Walter Tab. IV. Fig. 11.

Nucleus oſſeus minoris fabae magnitudinem refert: vaſa, quae ſuccum oſſeum ipſi adferunt, alba ſunt et ab arteriis diſtincta. Vaſorum ſanguiferorum alia translucent per cartilaginem, alia ipſam eius ſubſtantiam perrepunt.

Fig. 8. *Superficies interna patellae pueri annorum XII.*

Nucleus oſſeus dimidium patellae replet et nucem auellanam magnitudine aequat. Conſpiciuntur vaſa quae ſuccum oſſeum adducunt: translucent alia quae materia ceracea repleta ſunt. Egregium adeſt vaſorum ſanguiferorum rete in ambitu ſuperficiei articularis.

Fig. 9. *Eadem patella a latere viſa.*

1. Cruſta cartilaginea, qua nucleus oſſeus inuoluitur et quae ad internam patellae ſuperficiem pertinet.
2. Superficies externa, quae perichondrio obtecta eſt.

Reliqua e Fig. 8. patent.

Fig. 10. *Superficies interna patellae iuuenis annorum XVIII.*

Tota fere patella oſſea eſt: vix aliquid cartilaginis ſupereſt, niſi in ſuperficie interna.

Vasa felicissime repleta sunt et tendines musculorum ac ligamentum patellae perreptant, in ambitu vero superficiei articularis circulum formant: vbi haec inferne desinit et apex patellae incipit vasa conspiciuntur, quae insunt perichondrio, quod deinde fit periosteum.

Fig. 11. *Os bregmatis fetus IV. circiter mensium ab exteriori.*

Totum ossiculum fibris osseis constat, quae radiorum instar e centro ad peripheriam disperguntur.

Fig. 12. *Idem os fetus paullo maioris.*

Fibrae osseae non solum validiores sunt, sed etiam in medio squamula ossea adest, quae deinde format tabulam externam.

Fig. 13. *Idem os fetus maturioris.*
Albini *Icon. oss. foet. Tab. I. Fig. 1.*

In medio cernitur eminens solidiorque huius ossis pars, vbi tabula externa jam formata est: ab hac parte in omnem ambitum quaedam quasi fila procedunt, quae ad tabulam exteriorem efficiendam se inclinant.

1. Pars post mediam illam solidior, vbi fibrae (seu bracteolae diploes Albini) jam coierunt in tabulam exteriorem, adhuc tamen fissurarum breuium et foraminulorum plenam.

2. Rarior pars, vbi fibrae minus inter se cohaerent.

3. Pars longe rarior, vbi inter fila ossea quam plurimae fissurae supersunt.

4. Fila quaedam a subiectis distincta et cum eis non cohaerentia sed supra ea incedentia. Haec pro luxuriantis diploes exemplo habuit Albinvs.

Fig. 14. *Idem os infantis anni I.*

In medio tabula externa solida est, ita, vt nullum fibrarum vestigium supersit. Ex hac parte versus ambitum fibrae exeunt, quae

1. distincte adparent, at fissuris insignioribus a se inuicem distinguuntur,

2. vero vix conspicuae sunt, nisi in margine ossis: reliqua enim ossis pars solida est et vestigia pristinarum fibrarum tantummodo monstrat.

Fig 15. *Cranium fetus mensis VI.*

1. 2. *Os bregmatis* sinistrum et dextrum.
3. 4. *Ossis frontis* pars sinistra et dextra.
5. *Os occipitis.*
6. *Pars squamosa ossis temporum* sinistri.
7. *Meatus auditorius externus.*
8. *Processus zygomaticus ossis temporum.*
9. *Ala maior ossis sphenoidei.*
10. *Fontanella frontalis* seu anterior.
11. *Fontanella occipitalis* s. posterior.
12. *Fontanella mastoidea.*
13. *Fontanella sphenoidalis.*
14. *Os jugale.*
15. *Os maxillare superius.*
16. *Ossa nasi propria.*
17. *Maxillae inferioris corpus*,
18. *Processus condyloideus.*

In *orbita* superne adparet *processus orbitalis ossis frontis*, inferne *planum orbitale ossis maxillaris*, versus nasum *os vnguis*, externe pars *ossis jugalis* et *sphenoidei*, in medio vero *os planum.*

Fig. 16. *Fetus paruuli sternum ab anteriori.*
Albini *Icon. oss. foet. Tab. IX. Fig. 66.*

Totum sternum adhuc cartilagineum est, distingui tamen potest superior pars, siue *manubrium*, a media parte, quae *corpus* vocatur, et haec ab inferiori, cui nomen est *cartilaginis xiphoideae.* Cartilaginea extrema costarum in quouis latere conspiciuntur.

Fig. 17. *Fetus immaturi sternum ab anteriori.*
Albin. *ibid. Fig. 65.*

Nulla in hoc specimine distinctio manubrii et corporis atque cartilaginis xiphoideae adest, sed totum sternum ex vna continua, eaque tenui et pellucente, cartilagine constat. Nouem granula ossea adsunt, quorum quatuor superiora aliquanto firmiora. Cartilaginea extrema costarum primarum et quintarum continuantur sterno, secundarum et reliquarum vero ligamentorum ope inserta sunt.

Fig. 18. *Sternum fetus maturi ab anteriori et a latere sinistro.*
Albin. ibid. Fig. 64.

Sternum in tres suas partes, quae ligamentis 1. 2. cohaerent, diuisum est: in xiphoidea cartilagine foramen cernitur. Nuclei ossei octo adsunt, diuersae magnitudinis: vbi nudi sunt distincte adparent, vbi cartilagini immerguntur leuiter indicati sunt. Reliqua numeris explicantur:

3. Sinus clauiculae sinistrae.
4. Cartilagineum extremum costae dextrae primae.
5. Idem extremum costae sinistrae primae.
6. Pars ossea huius costae.
7. Sinus reliquarum costarum verarum.

Fig. 19. *Os sacrum embryonis paruuli ab anteriori.*
Albini *Academ. annot.* Lib. IV. Tab. VII. Fig. 1.

Totum cartilagineum est, praeter granula ossea quatuor in corporibus vertebrarum superiorum. Cartilago est vna continua: corpora autem vertebrarum distincta sunt.

Fig.

Fig. 20. *Femur ſiniſtrum variorum fetuum ab anteriori*

a. Femur embryonis initio tertii menſis per abortum eiecti. In media parte adparet granulum oſſeum, ex quo deinde naſcitur diaphyſis: praeter hoc totum femur cartilagineum eſt. Cernis jam caput ac trochanterem maiorem et condylos, etſi omnia imperfecta adhuc ſint.

b. Idem os embryonis paullo maioris.

c. Idem os embryonis XIV circiter hebdomadum, in quo trochanteris minoris veſtigium jam adparet.

d. e. Femur embryonum, quorum alter initio alter ſub finem menſis quarti eiectus eſt.

f. Idem os embryonis menſis quinti.

g. Idem os fetus initio menſis ſexti per abortum excreti. Diaphyſis fere perfecta eſt, epiphyſes cartilagineae ſunt, condyli tamen et trochanteres, pariter ac ipſum caput diſtincte cernuntur.

Fig. 21. *Femur dextrum infantis neonati diſſectum.*

In medio capacitas eſt medullam continens: reliquum diaphyſeos ſubſtantia reticulari repletum eſt. Epiphyſes cartilagineae nullum oſſificationis veſtigium monſtrant, nec quidquam vaſorum ſanguiferorum adparet.

Fig. 22. *Idem femur infantis anno aetatis I. demortui.*

Non ſolum diſſectum eſt totum os ſecundum integram ſui longitudinem, ſed poſterius etiam ab epiphyſibus reſecta eſt pars, eam ob cauſſam, vt cartilago aliquo modo pellucidior redderetur et vaſa melius in conſpectum venirent. Diaphyſis eſt vt in Figura praecedenti: in epiphyſibus vero nucleus oſſeus cernitur et vaſa ſuccum oſſeum aduehentia conſpicua ſunt.

Fig. 23. *Superior pars oſſis humeri infantis.*
Albini *Acad. annot.* Lib. IV. Tab. VI. Fig. 1.

Diaphyſeos pars exterior firmior et ſolidior eſt, eoque tenuior, quo propior parti extremae. In epiphyſi nuclei oſſei duo maiores ſunt, alter in capite, alter in parte quae continet tubercula humeri: praeter hos varii minores nuclei adparent.

Fig. 24. *Superior pars oſſis humeri infantis provectioris.*
Albin. ibid. Fig. 2.

Nuclei maiores, qui ſunt in epiphyſi, a ſuperiori parte coniunguntur in vnum. Reliqua ex Fig. 23. facile intelliguntur.

Fig. 25. *Pars ſuperior tibiae pueri diſſectae.*
Albin. ibid. Fig. 3.

Epiphyſis tota fere oſſea eſt, et non niſi per ambitum ſuum cartilaginea. Repleta eſt illa, aeque ac diaphyſis, ſubſtantia reticulari,

EXPLICATIO
TABVLAE II.

Sceletus adulti ab anteriori exhibitus.

Monendum eſt, praecipuas tantummodo partes numeris notatas eſſe, eam ob cauſſam, vt minores partes melius diſtingui poſſint: harum enim expoſitio ſingulorum oſſium figuris ſeruanda eſſe videbatur.

I. Capvt.

1. *Os frontis.*
2. *Os bregmatis* dextrum.
3. *Oſſis temporum* dextri *pars ſquamoſa,*
4. *Proceſſus maſtoideus,*
5. *Meatus auditorius externus.*
6. *Maxillae inferioris proceſſus condyloideus,*
7. *Proceſſus coronoideus,*
8. *Angulus,*
9. *Symphyſis.*
10. *Maxilla ſuperior dextra.*
11. *Os jugale* dextri lateris.
12. Idem os ſiniſtri lateris.

II. Trvncvs.

13. *Vertebra colli ſeptima.*
14. *Coſta prima.*
15. *Coſta octaua* ſeu *ſpuria prima.*
16. *Vertebra lumborum prima.*
17. *Os ſacrum,* quod in hoc ſpecimine ſex vertebris ſpuriis conſtat.
18. *Os ilium.*
19. *Os pubis.*
20. *Os iſchii.*

III. Extremitates svperiores.

21. *Clauicula.*
22. *Scapula,*
23. *Acromion,*
24. *Proceſſus coracoideus.*
25. *Humerus,*
26. *Tuberculum maius,*
27. *Tuberculum minus,*
28. *Eminentia capitata,*
29. *Trochlea,*
30. *Condylus internus,* ſeu maior.
31. *Radius,*
32. *Tuberoſitas,*
33. *Vlna,*
34. *Proceſſus coronoideus.*
35. *Os nauiculare carpi.*
36. — *lunatum.*
37. — *triquetrum.*
38. — *piſiforme.*
39. — *multangulum maius.*
40. — *multangulum minus.*
41. — *capitatum.*
42. — *hamatum.*
43. *Os metacarpi pollicis.*
44. — — — *indicis.*
45. — — — *digiti medii.*
46. — — — *digiti annularis.*
47. — — — *digiti auricularis.*
48. *Pollicis phalanx prima.*
49. — — *ſecunda.*
50. *Os ſeſamoideum* internum et externum.
51. *Indicis phalanx prima,*
52. — — — *ſecunda,*
53. — — — *tertia.*
54. *Digiti medii phalanx prima,*
55. — — — — *ſecunda,*
56. — — — — *tertia.*
57. *Digiti annularis phalanx prima,*
58. — — — — — *ſecunda,*
59. — — — — — *tertia.*
60. *Digiti auricularis phalanx prima,*
61. — — — — — *ſecunda,*
62. — — — — — *tertia.*

IV. Extremitates inferiores.

63. *Femur,*
64. *Trochanter maior,*
65. *Trochanter minor,*
66. *Condylus internus,*
67. *Condylus externus,*

68. *Patella.*
*) *Cartilago lunata.*
69. *Tibia,*
70. *Condylus internus,*
71. *Condylus externus,*
72. *Tuberoſitas,*
73. *Malleolus internus.*
74. *Fibula,*
75. *Capitulum,*
76. *Malleolus externus.*
77. *Talus.*
78. *Calcaneus.*
79. *Os nauiculare tarſi.*
80. *Os cuneiforme primum,*
81. — — — *ſecundum,*
82. — — — *tertium.*
83. *Os cuboideum.*
84. *Os metatarſi pollicis.*
85. *Os metatarſi digiti ſecundi.*
86. — — — — *tertii.*
87. — — — — *quarti.*
88. — — — — *quinti.*
89. *Pollicis phalanx prima,*
90. — — — *ſecunda.*
91. *Digiti ſecundi phalanx prima,*
92. — — — — — *ſecunda,*
93. — — — — — *tertia.*
94. *Digiti tertii phalanx prima,*
95. — — — — *ſecunda,*
96. — — — — *tertia.*
97. *Digiti quarti phalanx prima,*
98. — — — — *ſecunda,*
99. — — — — *tertia.*
100. *Digiti quinti phalanx prima,*
101. — — — — *ſecunda,*
102. — — — — *tertia.*

EXPLICATIO
TABVLAE III.

Sceletus adulti a posteriori exhibitus.

ALBINI Tabul. sceleti et musculor. Tab. II.

I. CAPVT.

1. *Os bregmatis,*
2. *Foramen parietale.*
3. *Apophysis jugalis ossis frontis.*
4. *Os jugale.*
5. *Arcus zygomaticus.*
6. *Ossis temporum pars squamosa,*
7. *Foramen mammillare,*
8. *Processus mammillaris,*
9. *Processus styloideus.*
10. *Os occipitis.*
11. *Maxilla inferior.*

II. TRVNCVS.

12. *Vertebra colli septima.*
13. *Vertebra dorsi duodecima.*
14. *Vertebra lumborum quinta.*
15. *Os sacrum.*
16. *Os coccygis.*
17. *Os ilium.*
18. *Os pubis.*
19. *Os ischii.*
20. *Foramen ouale* seu obturatorium.
21. *Costa prima.*
22. *Costa octaua* s. spuria prima.
23. *Costa duodecima.*

III. EXTREMITATES SVPERIORES.

24. *Clauicula.*
25. *Scapula,*
26. *Spina,*
27. *Acromium.*
28. *Humerus,*
29. *Tuberculum maius,*
30. *Condylus externus,*
31. *Condylus internus.*
32. *Radius,*
33. *Caput* eius.
34. *Vlna,*
35. *Olecranon* s. processus anconaeus.
36. *Os nauiculare carpi.*
37. — *lunatum.*
38. — *triquetrum.*
39. — *pisiforme.*
40. — *multangulum maius.*
41. — *multangulum minus.*
42. — *capitatum.*
43. — *hamatum.*
44. *Os metacarpi pollicis.*
45. — — — *indicis.*
46. — — — *digiti medii.*
47. — — — *digiti annularis.*
48. — — — *digiti auricularis.*
49. *Os sesamoideum.*
50. *Pollicis phalanx prima,*
51. — — — *secunda.*
52. *Digiti indicis phalanx prima,*
53. — — — — *secunda,*
54. — — — — *tertia.*
55. *Digiti medii phalanx prima,*
56. — — — — *secunda,*
57. — — — — *tertia.*
58. *Digiti annularis phalanx prima,*
59. — — — — — *secunda,*
60. — — — — — *tertia.*
61. *Digiti auricularis phalanx prima,*
62. — — — — — *secunda,*
63. — — — — — *tertia.*

IV. EXTREMITATES INFERIORES.

64. *Femur,*
65. *Collum* eius,
66. *Trochanter maior,*
67. *Trochanter minor,*
68. *Condylus externus,*
69. *Condylus internus.*

*) *Cartilagines lunatae.*

70. *Tibia,*

71. *Condylus externus,*
72. *Condylus internus,*
73. *Malleolus internus.*
74. *Fibula,*
75. *Capitulum* eius,
76. *Malleolus externus.*
77. *Talus.*
78. *Calcaneus*
79. *Os cuboideum.*
80. — *nauiculare tarſi.*
81. — *cuneiforme primum,*
82. — — — *ſecundum,*
83. — — — *tertium.*
84. *Os metatarſi pollicis.*
85. — — — *digiti ſecundi.*
86. *Os metatarſi digiti tertii.*
87. — — — — *quarti.*
88. — — — — *quinti.*
89. *Os ſeſamoideum internum,*
90. — — — *externum*
91. *Pollicis phalanx prima.*
92. *Digiti ſecundi phalanx prima,*
93. *Digiti tertii phalanx prima,*
94. — — — — *tertia.*
95. *Digiti quarti phalanx prima,*
96. — — — — — *ſecunda,*
97. — — — — — *tertia.*
98. *Digiti quinti phalanx prima,*
99. — — — — — *ſecunda,*
100. — — — — — *tertia.*

EXPLICATIO
TABVLAE IV.

FIG. I. *Caput ab anteriori exhibitum.*
ALBINI *Tab. oss.* Tab. I. Fig. I. ($\frac{2}{3}$)

1. *Os bregmatis.*
2. *Sutura sagittalis.*
3. *Sutura coronalis.*
4. *Os frontis.*
5. *Tuber frontale.*
6. *Glabella.*
7. *Arcus supraciliaris.*
8. *Foramen supraorbitale.* In dextro latere sulcus adest, in sinistro foramen.
9. *Processus* seu apophysis *orbitalis.*
10. *Apophysis maxillaris* s. nasalis.
11. *Apophysis malaris* s. jugalis.
12. *Ossis frontis linea semicircularis.*
13. *Ossis sphenoidei ala maior.* In illa parte huius alae, quae in orbita est, foraminulum superne cernitur, per quod exit ramulus arteriae ophthalmicae.
14. *Ossis temporum pars squamosa.*
15. *Sutura squamosa.*
16. *Ossis ethmoidei os papyraceum* s. planum.
17. *Ossis sphenoidei ala minor*, inter cuius radices *foramen opticum* quodammodo cernitur.
18. *Fissura sphenoidalis superior.*
19. *Fissura sphenoidalis inferior* s. spheno-maxillaris, per quam in orbita sinistra paullulum adparet processus pterygoideus ossis sphenoidei.
20. *Os jugale* seu malae.
21. *Tuberositas zygomatica.*
22. *Superficies orbitalis.*
23. *Processus spheno-frontalis.*
24. *Processus maxillaris.*
25. *Ossis jugalis processus temporalis.*

*) *Ossis temporum processus zygomaticus.*

26. *Ossis maxillaris superioris* corpus.
27. *Fossa maxillaris.*
28. *Foramen infraorbitale.*
29. *Planum orbitale*, per quod rima decurrit, quae canali infraorbitali respondet.
30. *Processus nasalis.*
31. *Incisura nasalis.*
32. *Processus jugalis* s. malaris.
33. *Processus alueolaris* s. dentalis.
34. *Maxillae superioris spina nasalis anterior.*
35. *Os vnguis* s. lacrymale, quod cum osse maxillari *canalem nasalem* format.
36. *Os nasi*, quod foramine pro ramulo arterioso et venoso perforatum est.
37. *Ossis ethmoidei lamina perpendicularis.*
38. *Vomer.*
39. *Concha media.*
40. *Concha inferior.*
41. *Ossis occipitis foramen magnum.*
42. *Dentes incisiui superiores.*
43. *Dens caninus.*
44. *Dens molaris primus*: secundus, tertius, quartus, quintus, numeris notati non sunt.
45. *Maxillae inferioris corpus.*
46. *Spina externa.*
47. *Symphysis* s. commissura menti.
48. *Apertura anterior canalis maxillae inferioris*, s. foramen mentale.
49. *Angulus maxillae.*
50. *Ramus.*
51. *Linea obliqua externa.*
52. *Basis.*
53. *Margo alueolaris* s. dentalis.
54. *Dentes incisiui inferiores.*
55. *Dens caninus.*
56. *Dens molaris primus*: secundus, tertius, quartus, quintus, numeris notati non sunt.

FIG. 2. *Caput a posteriori.*
ALBIN. Tab. I. Fig. 2. ($\frac{2}{3}$)

1. *Os bregmatis*, cuius *linea semicircularis* asterisco (*) indicatur.
2. *Foramen parietale.*
3. *Sutura sagittalis.*
4. *Sutura lambdoidea* s. occipitalis.
5. *Ossis temporum pars squamosa.*
6. *Pars mammillaris* s. mastoidea.
7. *Processus mammillaris* s. mastoideus.
8. *Incisura mammillaris.*
9. *Foramen mammillare.*
10. *Processus zygomaticus.*
11. *Os jugale* s. malae.
12. *Protuberantia occipitalis externa.*
13. *Ossis occipitis linea semicircularis superior.*
14. *Linea semicircularis inferior.*
15. *Crista occipitalis externa.*

16.

16. *Offis palatini pars horizontalis.*
17. *Offis maxillaris fuperioris proceffus palatinus.*
18. *Foramen incifiuum.*
19. *Sutura intermaxillaris palatina.*
†) *Offis maxillaris tuberofitas.*
20. *Offis temporum proceffus ftyloideus.*
21. *Offis fphenoidei ala pterygoidea externa,*
22. *Ala pterygoidea interna.* Inter alam externam et internam eft *proceffus pterygoideus offis palatini.*
23. *Dentes incifiui fuperiores.*
24. *Dentes incifiui inferiores.*
25. *Dentes canini fuperiores.*
26. *Dentes canini inferiores.*
Dentes quinque molares vtriusque maxillae numeris notati non funt.
27. *Maxillae inferioris corpus,*
28. *Symphyfis,*
29. *Spina interna,*
30. *Angulus,*
31. *Apertura pofterior canalis maxillae inferioris,* f. foramen maxillare interius.
32. *Linea obliqua interna.*

Fig. 3. *Caput a latere.*
Albin. ibid. Tab. I. Fig. 3. (2/3)

1. *Os frontis.*
2. *Tuber frontale,*
3. *Arcus fupraciliaris,*
4. *Glabella,*
5. *Foramen fupraorbitale,*
6. *Offis frontis apophyfis maxillaris,*
7. *Apophyfis jugalis,*
8. *Planum femicirculare,*
9. *Linea femicircularis,*
10. *Proceffus orbitalis.*
11. *Os bregmatis* f. parietale,
12. *Linea femicircularis.*
13. *Sutura coronalis.*
14. *Sutura lambdoidea.*
15. *Os occipitis,*
16. *Protuberantia occipitalis externa,*
17. *Linea femicircularis fuperior.*
18. *Offis temporum pars fquamofa,*
19. *Sutura fquamofa,*
20. *Pars mammillaris,*
21. *Proceffus mammillaris,*
22. *Foramen mammillare,*
23. *Meatus auditorius externus,*
24. *Proceffus ftyloideus,*
25. *Proceffus zygomaticus.*
26. *Offis fphenoidei ala maior,*
27. *Proceffus pterygoideus.*
28. *Os jugale,*
29. *Proceffus fpheno-frontalis,*
30. *Proceffus temporalis,*
31. *Proceffus maxillaris.*
32. *Offis maxillaris fuperioris corpus,*
33. *Proceffus jugalis,*
34. *Spina nafalis anterior,*
35. *Incifura nafalis,*
36. *Planum orbitale,*
37. *Proceffus nafalis,*
38. *Canalis nafalis* initium.
39. *Os vnguis,*
40. *Os papyraceum,*
41. *Os nafi.*
42. *Maxillae inferioris corpus,*
43. *Apertura anterior canalis maxillaris,*
44. *Angulus,*
45. *Linea obliqua externa,*
46. *Proceffus coronoideus,*
47. *Proceffus condyloideus.*
48. *Dens incifiuus primus* vtriusque maxillae: *incifiuus fecundus, caninus* et *quinque molares* numeris notati non funt.

Fig. 4. *Caput ab inferiori.*
Albin. ibid. Tab. II. Fig. 1. (2/3)

1. *Os frontis.*
2. *Os nafi.*
*) *Lamina perpendicularis offis ethmoidei.*
3. *Maxilla fuperior,*
4. *Proceffus* eius *nafalis,*
5. *Proceffus jugalis,*
6. *Foramen infraorbitale*
7. *Proceffus alueolaris* cum alueolis dentium,
8. *Foramen incifiuum.*
9. *Sutura intermaxillaris palatina.*
10. *Proceffus palatinus offis maxillaris fuperioris.*
11. *Proceffus palatinus offis palatini.*
12. *Spina palatina.*
13. *Canales pterygo-palatini,* nempe *anterior, pofterior* et *exterior.*
14. *Proceffus fphenoidalis offis palatini,*
15. *Vomer.*
16. *Offis fphenoidei corpus,*
17. *Ala pterygoidea externa,*
18. *Ala pterygoidea interna,*
19. *Hamulus pterygoideus,*
20. *Ala maior offis fphenoidei,*
21. *Foramen ouale,*
22. *Foramen fpinofum,*
23. *Spina fphenoidalis,*
24. *Offis temporum pars fquamofa,*
25. *Proceffus zygomaticus,* qui jungitur
26. *Proceffui temporali offis malae.*
27. *Cauitas glenoidalis offis temporum.*
28. *Meatus auditorius externus,*
29. *Proceffus ftyloideus,*
30. *Foramen ftylo-maftoideum,*
31. *Foramen jugulare,*
32. *Apertura externa canalis carotici,*
33. *Tuba Euftachiana,*
34. *Proceffus mammillaris,*

35. *Foramen mammillare,*
36. *Os bregmatis,*
37. *Os occipitis,*
38. *Protuberantia externa,*
39. *Crista externa,*
40. *Linea semicircularis superior,*
41. *Linea semicircularis inferior,*
42. *Pars jugularis,*
43. *Processus condyloideus,*
44. *Processus basilaris,*
45. *Foramen magnum.*

Fig. 5. *Basis cranii a superiori.*
Albin. ibid. Tab. III. Fig. 2. (2/3)

1. *Os nasi.*
2. *Ossis maxillaris processus nasalis.*
3. *Os frontis.*
4. *Sinus frontales.*
5. *Processus orbitalis ossis frontis,*
6. *Sulci arteriae meningeae anterioris,*
7. *Foramen coecum.*
8. *Lamina cribrosa ossis ethmoidei.*
9. *Crista galli.*
10. *Ala minor ossis sphenoidei,*
11. *Foramen opticum,*
12. *Processus clinoideus anterior,*
13. *Sella turcica,*
14. *Cliuus.*
15. *Processus clinoideus posterior,*
16. *Sulcus caroticus anterior,*
17. *Ala maior ossis sphenoidei,*
18. *Foramen rotundum,*
19. *Foramen ouale,*
20. *Foramen spinosum.*
21. *Sulci arteriae meningeae mediae et venae.*
22. Eiusmodi sulcus in sinistro osse bregmatis, in dextro vero foramen est.
23. *Superficies posterior corporis ossis sphenoidei.*
24. *Processus basilaris ossis occipitis,*
25. *Protuberantia occipitalis interna,*
26. *Crista occipitalis interna,*
27. *Sulcus sinus longitudinalis superioris,*
28. *Sulcus sinus transuersi,*
29. *Apertura interna foraminis mammillaris,*
30. *Tuberculum basilare,*
31. *Apertura interna canalis condyloidei,*
32. *Foramen magnum,*
33. *Foramen jugulare.*
34. *Meatus auditorius internus,*
35. *Sulcus sinus petrosi superioris,*
36. *Apertura interna canalis carotici.*
37. *Os bregmatis.*
38. *Diploe ossium cranii.*

Fig. 6. *Dextra pars ossis frontis et caui narium ac palati ossei ab interiori visa.*
Albin. ibid. Tab. IV. Fig. 1. (2/3)

1. *Os frontis,*
2. *Spina nasalis* huius ossis.
3. *Os nasi.*
4. *Lamina cribrosa ossis ethmoidei.*
5. *Concha superior.*
6. — — *media.*
7. — — *inferior.*
8. *Ossis palatini pars perpendicularis,*
9. *Pars horizontalis,*
10. *Crista nasalis.*
11. *Ossis maxillaris superioris processus palatinus,*
12. *Crista nasalis,*
13. *Spina nasalis anterior,*
14. *Processus nasalis.*
15. *Ala pterygoidea externa.*
16. — — — *interna.*
17. *Sinus sphenoidalis.*
18. *Ossis sphenoidei cliuus,*
19. *Ala maior* cum sulcis arteriae meningeae mediae,
20. *Ala minor.*

Fig. 7. *Eadem pars remotis conchis.*
Albin. ibid. Tab. IV. Fig. 2. (2/3)

1. *Os frontis.*
2. *Sinus frontales.*
3. *Os nasi.*
4. *Ossis maxillaris superioris processus nasalis,*
5. *Labia canalis nasalis,*
6. *Linea eminens transuersa inferior.*
7. *Sinus maxillaris.*
8. *Sinus ethmoidales.*
9. *Sinus sphenoidalis.*
10. *Ossis palatini linea eminens transuersa superior.*
11. — — — — — — — — *inferior.*

Reliqua ex Figura 6 facile intelliguntur.

Fig. 8. *Os occipitis fetus maturioris ab exteriori.*
Albini *Icon. oss. foet.* Tab. II. Fig. 10. 12.

1. Pars media solidior et eminens, a qua in omnem ambitum fila procedunt.
2. Margo qui suturam lambdoideam deinde format.
3. Margo qui per cartilaginem jungitur, tum partibus lateralibus (5) ossis occipitis, tum parti mammillari ossium temporum.
4. Margo foraminis magni.
5. Pars lateralis ossis occipitis, quae per cartilaginem cum parte media (1) et processu basilari (10) cohaeret.
6. Margo foraminis magni.
7. Nucleus processus condyloidei tectus crusta ossea tenui, fila non habente, cui crustae multa cartilago adhaeret.
8. Solidior pars, quae cartilaginis interuentu cum processu basilari cohaeret, et deinde tuberculum basilare format. Ora opposita parti mammillari ossis temporum jungitur.

9.

9. Foramen condyloideum per quod tranſit neruus hypogloſſus ſ. nonus.
10. Proceſſus baſilaris.
11. Margo foraminis magni.
12. Ora quae oſſibus petroſis jungitur.

Fig. 9. *Idem os ab interiori.*
Albin. ibid. Fig. 11. 13.

1. Pars media ſolidior.
2. Partes laterales.
3. Cruſta oſſea, de qua Fig. 8. N. 7.
4. Solidior pars, de qua ibid. No. 8.
5. Foramen condyloideum.
6. Proceſſus baſilaris.

Reliqua e Fig. 8. facile intelliguntur.

EXPLICATIO
TABVLAE V.

Fig. 1. *Os frontis ab exteriori.*
Sue *Traité d'Ostéologie* Tab. VI. Fig. 2. (2/3)

1. *Corpus ossis frontis.*
2. *Tuber frontale.*
3. *Glabella.*
4. *Arcus supraciliaris*, sub quo in quouis latere ad marginem orbitae cernitur foramen, quod *foramen supraorbitale* vocatur.
5. *Apophysis jugalis.*
6. *Apophysis maxillaris.*
7. *Incisura nasalis.*
8. *Spina nasalis.*
9. *Planum semicirculare*, cuius margo cum processu spheno-frontali ossis zygomatici et ala maiori ossis sphenoidei committitur.
10. *Linea semicircularis.*
11. *Processus orbitalis.*
12. *Foramen ethmoidale.*
13. *Fossa glandulae lacrymalis.*
14. *Margo coronalis*, qui *suturam coronalem* format.

Fig. 2. *Os frontis ab interiori.*
Sue ibid. Fig. 3. (2/3)

1. *Corpus* in quo adparent *juga cerebralia* et *impressiones digitatae* ac *sulci arteriae meningeae anterioris et mediae.*
2. *Crista s. spina frontalis*, in qua est *sulcus frontalis.*
3. *Foramen pro emissario.*
4. *Foramen coecum*, ad cuius latus vtrumque sinus est pro recipiendis processibus alaribus cristae galli.
5. *Incisura ethmoidalis.*
6. *Ostia diuersa sinus frontalis*, quae variis laminulis quodammodo distincta sunt.
7. *Spina nasalis.*
8. *Processus orbitalis*, cuius margo interior, qui asterisco (*) notatus est, in laminas duas finditur et cellulas ethmoidales superne claudit.
9. *Fossa glandulae lacrymalis.*
10. *Apophysis jugalis.*
11. Margo asper qui jungitur alae maiori ossis sphenoidei.
12. Margo qui jungitur alae minori ossis sphenoidei.
13. Margo qui efficit *suturam coronalem.*

Fig. 3. *Os bregmatis sinistrum ab exteriori.*
Sue Tab. VII. Fig. 1. (2/3)

1. *Foramen parietale.*
2. *Linea semicircularis.*
3. *Margo sagittalis.*
4. *Margo coronalis.*
5. *Margo lambdoideus.*
6. *Margo temporalis.*
7. *Angulus frontalis.*
8. *Angulus occipitalis.*
9. *Angulus sphenoidalis.*
10. *Angulus mastoideus.*

Fig. 4. *Idem os bregmatis ab interiori.*
Sue ibid. Fig. 2. (2/3)

1. *Orificium internum foraminis parietalis.*
2. *Sulci arteriae meningeae mediae.*
3. *Margo sagittalis.*
4. *Margo coronalis.*
5. *Margo lambdoideus.*
6. *Margo temporalis.*
7. *Angulus frontalis.*
8. *Angulus occipitalis.*
9. *Angulus sphenoidalis.*
10. *Angulus mastoideus.*
11. *Sulcus longitudinalis ossium bregmatis.*
12. *Pars sulci sinus transuersi.*

Fig. 5. *Os occipitis ab exteriori.*

1. *Corpus.*
2. *Protuberantia occipitalis externa.*
3. *Linea semicircularis superior.*
4. *Linea semicircularis inferior.*
5. *Crista* s. *spina occipitalis externa.*
6. *Foramen pro emissario.*
7. *Margo lambdoideus* s. parietalis.
8. *Margo mammillaris.*
9. *Pars jugularis.*
10. *Angulus jugularis.*
11. *Margo foraminis jugularis.*
12. *Processus condyloideus.*
13. *Fossa condyloidea posterior*, cum *foramine pro emissario.*

14.

14. *Tuberculum basilare*, cum *apertura interna canalis condyloidei anterioris.*
15. *Processus basilaris.*
16. *Foramen magnum.*

Fig. 6. *Os occipitis ab interiori.*

1. *Protuberantia occipitalis interna* cum *foramine pro emissario.* (*Fig.* 5. *No.* 6.)
2. *Crista* s. spina *occipitalis interna.*
3. *Sulcus sinus longitudinalis superioris.*
4. *Sulcus sinus transuersi.*
5. *Sulcus sinus occipitalis posterioris.*
6. *Fossae maiores superiores* pro recipiendis lobis cerebri posterioribus.
7. *Fossae maiores inferiores* pro recipiendis hemisphaeriis cerebelli.
8. *Margo lambdoideus.*
9. *Margo mammillaris.*
10. *Pars jugularis* in qua *sulcus* est *sinus transuersi.*
11. *Spina jugularis.*
12. *Margo foraminis jugularis.*
13. *Apertura interna foraminis emissarii.* (*Fig.* 5. *No.* 13).
14. *Tuberculum basilare.*
15. *Apertura interna canalis condyloidei anterioris.*
16. *Processus basilaris*, cuius margo lateralis *sulcum* habet pro *sinu petroso superiori.*
17. *Fossa medullae oblongatae.*
18. Superficies quae committitur cum corpore ossis sphenoidei.
19. *Foramen magnum.*

Fig. 7. *Os temporum ab exteriori.*

Sue Tab. VII. Fig. 3. ($\frac{2}{3}$)

1. *Pars squamosa*, in cuius superficie *sulcus arteriae temporalis profundae* cernitur.
2. *Processus zygomaticus s. jugalis.*
3. *Cauitas glenoidalis.*
4. *Tuberculum articulare.*
5. *Meatus auditorius externus.*
6. *Fissura Glaseri.*
7. *Vagina ossea processus styloidei.*
8. *Processus styloideus.*
9. *Tuba Eustachiana.*
10. *Apertura externa canalis carotici.*
11. *Pars mammillaris.*
12. *Processus mammillaris.*
13. *Foramen mammillare.*
14. *Incisura mammillaris.*
15. Margo qui jungitur alae maiori ossis sphenoidei.
16. Margo qui jungitur ossi bregmatis.
17. Margo qui jungitur ossi occipitis.

Fig. 8. *Os temporum sinistrum ab anteriori.*

Sue ibid. Fig. 4. ($\frac{2}{3}$)

1. *Pars squamosa*, in qua *juga cerebralia et impressiones digitatae* cernuntur.
2. *Pars mammillaris*, in qua fossa s. sulcus est pro sinu transuerso.
3. *Processus mammillaris.*
4. *Processus styloideus.*
5. *Fossa jugularis.*
6. *Pars* in qua est *apertura externa canalis carotici.*
7. *Regio aperturae internae canalis carotici.*
8. *Meatus auditorius internus.*
9. *Ostium aquaeductus vestibuli.*
10. *Sulcus pro sinu petroso superiori.*
11. Locus vbi *canalis semicircularis superior* est.
12. *Apertura interna foraminis mammillaris.* (*Fig.* 7. *No.* 13.)

Margines ex *Fig.* 7. facile intelliguntur.

Fig. 9. *Os sphenoideum a superiori.*

Sue Tab. VIII. Fig. 1. ($\frac{2}{3}$)

1. *Sella turcica.*
2. *Processus clinoideus posterior.*
3. *Cliuus.*
4. *Processus occipitalis.*
5. *Tuberculum sellae turcicae.*
6. *Superficies posterior corporis*, quae jungitur processui basilari ossis occipitis.
7. *Ala minor.*
8. *Processus clinoideus anterior.* Sub illo pars fissurae sphenoidalis superioris quodammodo cernitur.
9. *Foramen opticum.*
10. *Spina cribrosa.*
11. *Ala maior.*
12. *Foramen rotundum.*
13. *Foramen ouale.*
14. *Foramen spinosum*, per quod transeunt vasa meningea media, quorum sulci hic quodammodo conspiciuntur.
15. *Spina sphenoidalis.*
16. *Processus pterygoidei ala externa.*
17. *Ala interna* cum *hamulo* suo.
18. *Margo superior alae maioris*, qui ossi frontis et bregmatis jungitur.
19. *Margo exterior* huius alae, qui jungitur parti squamosae ossis temporum.

Fig. 10. *Os sphenoideum ab anteriori.*

Sue ibid. Fig. 2. ($\frac{2}{3}$)

1. *Rostrum sphenoidale*, ad cuius latus vtrumque cernitur *sinus sphenoidalis* apertus.
2. *Crista sphenoidalis.*
3. Reliquiae *cornuum sphenoidalium.*
4. *Ala minor.*
5. *Fissura sphenoidalis superior.*

6. *Alae maioris superficies orbitalis*, ad cuius marginem inferiorem (*) est *fissura sphenoidalis inferior.*
7. *Superficies exterior huius alae.*
8. *Linea aspera.*
9. *Spina sphenoidalis.*
10. *Foramen rotundum.*
11. *Foramen ouale.*
12. *Canalis Vidianus.*
13. *Squamula* seu processus vaginalis.
14. *Ala pterygoidea externa.*
15. *Ala pterygoidea interna.*
16. *Hamulus pterygoideus.*
17. *Fissura pterygopalatina.*

Fig. 11. *Os ethmoideum cum cornubus sphenoidalibus a superiori.*

Sue ibid. Fig. 4.

1. *Crista galli.*
2. *Processus alaris.*
3. *Adpendix posterior cristae galli.*
4. *Lamina cribrosa.*
5. *Os planum* s. papyraceum.
6. *Cellulae ethmoidales.*
7. *Pars posterior laminae perpendicularis.*
8. *Cornu sphenoidale.*

Fig. 12. *Idem os ethmoideum ab inferiori.*

Sue ibid Fig. 3.

1. *Lamina perpendicularis.*
2. *Concha media.*
3. *Processus vnciformis.*
4. *Cellula ethmoidalis posterior.*
5. *Cornu sphenoidale.*

Fig. 13. *Cornu sphenoidale dextrum a superiori.*

Sue ibid. Fig. 6.

1. *Apophysis ethmoidalis.*
2. *Apophysis sphenoidalis anterior.*
3. — — — — *posterior.*

Fig. 14. *Idem cornu sphenoidale ab inferiori.*

Sue ibid. Fig. 5.

1. *Apophysis ethmoidalis.*
2. *Apophysis sphenoidalis anterior.*
3. — — — — *posterior.*

Fig. 15. *Os frontis cum sphenoideo ab inferiori.*

Albin. *Tab. oss.* Tab. V. Fig. 2. (⅔)

1. *Superficies interna ossis frontis.*
2. *Processus orbitalis.*
3. *Foramen supraorbitale.*
4. *Sulcus supraorbitalis.*
5. *Spina nasalis.*
6. *Incisura nasalis.*
7. *Ostium sinus frontalis.*
8. *Margo interior processus orbitalis ossis frontis,* quo obteguntur cellulae ethmoidales superiores.
9. Hac parte committitur os frontis cum osse jugali.
10. *Cornu sphenoidale.*
11. *Crista sphenoidalis.*
12. *Ostium sinus sphenoidalis.*
13. *Superficies posterior corporis ossis sphenoidei,* quae committitur cum processu basilari ossis occipitis.
14. *Ala pterygoidea externa.*
15. *Ala pterygoidea interna.*
16. *Hamulus pterygoideus.*
17. *Fossa pterygoidea.*
18. *Foramen opticum.*
19. *Superficies externa alae maioris,* cuius *linea aspera* asterisco (*) notata est.
20. *Foramen ouale.*
21. *Foramen spinosum.*
22. *Spina sphenoidalis.*

Fig. 16. *Os frontis cum ethmoideo ab inferiori.*

Albin. ibid. Fig. I. (⅔)

1. *Superficies interna ossis frontis.*
2. *Sulcus sinus longitudinalis superioris.*
3. *Foueola glandulae Pacchioni externae.*
4. *Processus orbitalis.*
5. *Foramen supraorbitale.*
6. *Sulcus supraorbitalis.*
7. Pars quae connectitur cum osse jugali.
8. Pars quae connectitur cum ala maiori ossis sphenoidei.
9. *Lamina perpendicularis ossis ethmoidei.*
10. *Concha media.*
11. *Processus vnciformis.*

Fig. 17.

Exhibet haec Figura situm processus turbinati et vnciformis ossis ethmoidei in sinistro latere. Apertus est sinus maxillaris sinister, ablatum est os jugale et planum orbitale ossis maxillaris, pariter ac totum os vnguis, vt nasi cauum a latere pateat.

1. *Sinus maxillaris apertus.*
2. *Margo processus maxillaris conchae inferioris,* quae cum osse maxillari plane concreuit.
3. *Concha media.*
4. *Os planum.*
5. *Processus vnciformis ossis ethmoidei,* cuius apices junguntur conchae inferiori.
6. *Processus turbinatus,* qui ab angulo anteriori et inferiori ossis plani descendit, cuiusque apex inseritur margini superiori conchae inferioris.
7. *Lamina perpendicularis ossis ethmoidei.*
8. *Foramen opticum.*
9. *Ala pterygoidea externa.*
10. — — — *interna* cum *hamulo.*

11.

11. *Fossa pterygopalatina.*
12. *Corpus maxillae superioris.*
13. *Processus* eius *nasalis.*
14. *Canalis nasalis.*

Fig. 18. *Lamina perpendicularis ossis ethmoidei a latere sinistro visa.*

1. *Crista galli.*
2. *Adpendix* eius *posterior.*
3. *Laminae cribrosae* hac parte ablatae residuum.
4. *Processus alares cristae galli.*
5. *Lamina perpendicularis.*
6. *Margo anterior.*
7. *Margo inferior.*
8. *Margo posterior.*

Fig. 19. *Ossis frontis fetus maturioris pars dextra.*

Albini *Icon. oss. foet.* Tab. II. Fig. 5.

Totum fere os fibris constat. Solidior est pars, quae margini orbitae superiacet. Processus orbitalis ad marginem orbitae et versus latus externum porosus est et quasi e squamulis constat.

1. *Superficies interna corporis.*
2. *Processus orbitalis.*
3. *Foramina supraorbitalia.*
4. Margo qui iungitur sinistrae parti.
5. Locus vbi est *fontanella frontalis.*
6. Margo qui iungitur ossi bregmatis.

Fig. 20. *Os ethmoideum fetus maturi ab exteriori.*

Albin. ibid. Fig. 8.

1. *Os planum.*
2. *Concha media.*
3. *Cellulae ethmoidales superiores.*

Fig. 21. *Os sphenoideum fetus maturioris a superiori.*

Albin. l. c. Tab. IV. Fig. 20.

Constat illud os quinque partibus, nempe corpore et alis maioribus ac minoribus: ea vero pars corporis, quae ante tuberculum sellae turcicae est, cum alis minoribus cohaeret.

1. *Corpus*, cuius superficies posterior cartilaginis ope iungitur processui basilari ossis occipitis.
2. *Sella turcica.*
3. Lunatus margo, per quem incedit arteria carotis interna.
4. Partes laterales, quae iunguntur alis maioribus per cartilaginem.
5. *Ala maior* quoad maximam partem spongiosa.
6. *Foramen rotundum.*
7. *Foramen ouale.*
8. Rudimentum *foraminis spinosi.*
9. Pars quae committitur cum osse petroso.
10. Pars quae iungitur corpori.
11. *Ala minor.*
12. Ea pars corporis, quae est ante tuberculum sellae turcicae: haec cum reliquo corpore per cartilaginem cohaeret.
13. *Foramen opticum.*
14. *Processus clinoideus anterior.*
15. Margo qui *fissuram sphenoidalem superiorem* efficit.

EX-

EXPLICATIO TABVLAE VI.

Fig. 1. *Os maxillare superius sinistrum ab exteriori.*

Albin. *Tabul. oss.* Tab. IV. Fig. 7. (1/1)

1. *Corpus.*
2. *Tuberositas*, in qua foramina alueolaria posteriora cernuntur.
3. *Fossa maxillaris.*
4. *Planum orbitale.*
5. *Canalis infraorbitalis.*
6. Margo qui adiacet *fissurae sphenoidali inferiori.*
7. Margo qui jungitur ossi plano.
8. *Processus nasalis*, cui adiacet os nasi.
9. Apex qui jungitur incisurae nasali ossis frontis.
10. *Canalis nasalis.*
11. Margo qui jungitur ossi vnguis.
12. *Incisura nasalis.*
13. *Spina nasalis.*
14. *Processus jugalis.*
15. *Processus alueolaris.*

Fig. 2. *Idem os dextri lateris ab interiori.*

Albin. ibid. Fig. 3. (1/4)

1. *Sinus maxillaris.*
2. *Planum orbitale.*
3. *Cellulae*, quae respondent cellulis ethmoidalibus.
4. *Processus nasalis.*
5. *Linea eminens transuersa inferior.*
6. — — — — — *superior.*
7. *Labia canalis nasalis.*
8. Apex qui jungitur incisurae nasali ossis frontis.
9. *Processus palatinus.*
10. *Spina nasalis anterior.*
11. *Ostium canalis naso-palatini.*
12. Margo qui jungitur parti horizontali ossis palatini.
13. *Processus alueolaris.*

Fig. 3. *Maxilla superior sinistra cum osse palatino et intermaxillari eiusdem lateris.*

Haec Figura ex *Compendio anatomico* meo desumta est.

1. *Sinus maxillaris.*
2. *Cellulae* quae respondent cellulis ethmoidalibus.
3. *Margo processus nasalis*, qui jungitur ossi nasi.
4. Margo qui jungitur ossi vnguis.
5. *Linea eminens transuersa superior.*
6. — — — — — *inferior*, sub qua conspiciuntur foraminula, per quae transeunt surculi vasorum.
7. *Ostium canalis nasalis*, ad cuius latera sunt *labia* huius *canalis.*
8. *Processus palatinus ossis maxillaris.*
9. Margo internus huius processus.
10. Dentes in alueolis suis: incisiuus primus, secundus, caninus et quinque molares.
11. *Pars perpendicularis ossis palatini*, in qua *foraminula* sunt *palatino-nasalia.*
12. *Linea eminens transuersa superior ossis palatini.*
13. *Linea eminens transuersa inferior.*
14. *Superficies sphenoidalis processus orbitalis ossis palatini*, quae in hoc specimine concaua est.
15. *Superficies ethmoidalis* eiusdem processus.
16. *Superficies superior processus sphenoidalis ossis palatini.*
17. *Superficies interior eiusdem processus.*
18. *Foramen sphenopalatinum.*
19. *Processus nasalis ossis palatini.*
20. *Margo interior partis horizontalis ossis palatini.*

*) Sutura, qua pars horizontalis ossis palatini cum processu palatino ossis maxillaris jungitur.

21. *Processus pterygoideus ossis palatini.*
22. *Sutura intermaxillaris nasalis.*
23. *Sutura intermaxillaris palatina*, quae deinde in palato osseo decurrit vsque ad interstitium dentis incisiui secundi et canini.
24. *Spina nasalis anterior.*

Fig.

Fig. 4. *Idem os palatinum finiſtrum ſeorſim delineatum ab interiori.*

Ex eodem Compendio anat.

1. *Pars perpendicularis*, in qua conſpiciuntur *foramina palatino-naſalia.*
2. *Linea eminens transuerſa ſuperior.*
3. — — — — — *inferior.*
4. *Foramen ſpheno-palatinum.*
5. *Pars horizontalis ſ. proceſſus palatinus.*
6. *Spina palatina.*
7. *Proceſſus pterygoideus.*
8. *Proceſſus naſalis.*
9. *Superficies interior proceſſus ſphenoidalis.*
10. *Superficies ſuperior* eiusdem proceſſus.
11. *Superficies ſphenoidalis proceſſus orbitalis.*
12. *Superficies ethmoidalis* eiusdem proceſſus.
13. *Lamina ſulcata*, quae proceſſum ſphenoidalem et orbitalem coniungit.

Fig. 5. *Idem os palatinum ab exteriori.*

Ex eodem Compend. anat.

1. *Pars perpendicularis.*
2. *Sulcus pterygopalatinus*, ad cuius marginem eſt *foramen palatino-naſale.*
3. *Oſtium canalis pterygopalatini maioris.*
4. *Foramen ſpheno-palatinum.*
5. *Spina palatina partis horizontalis.*
6. *Proceſſus pterygoideus.*
7. *Eminentia pterygoidea.*
8. *Proceſſus naſalis.*
9. *Lamina pterygoidea proceſſus ſphenoidalis.*
10. *Superficies orbitalis proceſſus orbitalis.*
11. *Superficies maxillaris* eiusdem proceſſus.

Fig. 6. *Os palatinum finiſtrum infantis neonati magnitudine naturali delineatum ab interiori.*

Ex eodem Compend. anat.

1. *Pars perpendicularis.*
2. *Linea eminens transuerſa ſuperior.*
3. — — — — — *inferior.*
4. *Foramen ſpheno-palatinum.*
5. *Pars horizontalis.*
6. *Proceſſus pterygoideus.*
7. *Proceſſus naſalis.*
8. *Proceſſus ſphenoidalis.*
9. *Proceſſus orbitalis.*

Fig. 7. *Idem os palatinum ab exteriori.*

Ex eodem Compend. anat.

1. *Pars perpendicularis.*
2. *Sulcus pterygopalatinus*, in quo eſt *foraminulum palatino-naſale.*
3. *Oſtium canalis pterygopalatini maioris.*
4. *Foramen ſpheno-palatinum.*
5. *Proceſſus pterygoideus.*
6. *Proceſſus naſalis.*
7. — — *ſphenoidalis.*
8. — — *orbitalis.*

Fig. 8. *Os ſphenoideum cum oſſe palatino finiſtro (Fig. 4.) ab anteriori.*

Ex eodem Compendio anat.

1. *Ala minor oſſis ſphenoidei.*
2. *Foramen opticum.*
3. *Fiſſura ſphenoidalis ſuperior.*
4. *Superficies anterior alae maioris.*
5. Foramen per quod transit ramus arteriae ophthalmicae ad duram matrem.
6. *Sulcus* loco eiusdem foraminis.
7. *Superficies externa alae maioris.*
8. *Spina ſphenoidalis.*
9. *Foramen ſpinoſum.*
10. *Foramen ouale.*
11. *Foramen rotundum.*
12. *Canalis* Vidianus dextri lateris.
13. *Ala pterygoidea externa.*
14. — — — *interna.*
15. *Hamulus pterygoideus.*
16. *Fiſſura pterygopalatina* lateris dextri.
17. *Angulus pterygoideus* eiusdem lateris.
18. *Sulcus pterygopalatinus.*
19. *Squamula.*
20. *Criſta ſphenoidalis.*
21. *Roſtrum ſphenoidale.*
22. *Cornu ſphenoidale.*
23. Foramen in ſuperiore parte cornu ſphenoidalis, per quod ſinus ſphenoidalis aperitur in naſum. In dextro latere diffractum eſt cornu ſphenoidale eamque ob cauſſam maior pars ſinus ſphenoidalis ibi patet.
24. *Spina cribroſa* ſuperficiei anterioris corporis oſſis ſphenoidei, qua illud os iungitur oſſi ethmoideo.
25. *Superficies ethmoidalis proceſſus orbitalis oſſis palatini.*
26. *Superficies maxillaris* eiusdem proceſſus.
27. *Proceſſus ſphenoidalis oſſis palatini.*
28. *Foramen ſpheno-palatinum* in quo apex *lineae eminentis transuerſae ſuperioris cernitur.*
29. *Pars perpendicularis oſſis palatini*, in cuius ſuperiori parte cernitur *foramen palatino-naſale.*
30. *Linea eminens transuerſa inferior.*
31. *Pars horizontalis oſſis palatini.*
32. *Spina palatina.*
33. *Proceſſus pterygoideus oſſis palatini.*

Fig. 9. *Os jugale finiſtrum ab exteriori.*

Sue *Traité d'Oſtéologie* Tab. X. Fig. 7. ($\frac{2}{3}$)

1. *Corpus*, in quo *foramen* cernitur pro egreſſu *nerui ſubcutanei malae.*
2. *Tuberoſitas zygomatica.*

3. *Processus spheno-frontalis.*
4. *Superficies orbitalis.*
5. *Processus maxillaris.*
6. *Processus temporalis.*
7. *Margo orbitalis.*
8. *Margo temporalis.*

Fig. 10. *Idem os zygomaticum ab interiori.*
Sue ibid. Fig. 8. (⅔)

1. *Corpus.*
2. *Tuberositas.*
3. *Processus spheno-frontalis.*
4. *Superficies orbitalis.*
5. *Processus maxillaris.*
6. — — *temporalis.*
7. *Superficies* quae jungitur *processui jugali ossis maxillaris superioris.*
8. *Margo temporalis.*

Fig. 11. *Os jugale sinistrum fetus maturi ab exteriori.*
Conf. Albini *Icon. oss. foet.* Tab. V. Fig. 26.

1. *Corpus.*
2. *Tuberositas.*
3. *Processus spheno-frontalis.*
4. *Margo orbitalis.*
5. *Processus maxillaris.*
6. — — *temporalis.*

Fig. 12. *Idem os ab interiori.*
Conf. Albin. ibid. Fig. 31.

1. *Corpus.*
2. *Tuberositas.*
Cartilagines ex Figura 3 cognoscentur.

FIG. 5. *Crico-arytaenoideus lateralis.*

1. Origo a laterali parte cartilaginis cricoideae.

2. Extremum insertum basi arytaenoideae.

FIG. 6. *Thyreo-arytaenoideus minor.*

1. Origo ab interiori superficie cartilaginis thyreoideae.

2. Extremum insertum basi arytaenoideae, mox supra Cricoarytaenoideum lateralem.

FIG. 7. *Thyreo-epiglotticus maior et Thyreo-arytaenoideus minor.*

1—3. *Thyreo-epiglotticus maior*, qualis nonnunquam animaduersus est. 1. origo ab interiori

teriori ſuperficie cartilaginis thyreoideae. 2. portio accedens a latere cartilaginis cricoideae. 3. commune extremum inſertum lateri epiglottidis.

4. 5. *Thyreo-arytaenoideus minor.* 4. origo reſciſſa. 5. extremum. Conf. Fig. 6.
Faſciculus Thyre-oepiglottici hic perforat Thyreo-arytaenoideum, cum ceterum totus muſculus pone hunc procedat.

Fig. 8. *Azygos uvulae.*

1. Hinc reſciſſa eſt pharyngis pars poſterior.
2. Tuba Eustachiana.
3. Choana cum eminente concha inferiori.
4. Arcus poſterior palati mollis.
5. Palatum molle ſeu velum palatinum pendulum.
6. Membrana tendinoſa ex naribus veniens, per ſuperiora palati mollis incedens, ſub eius tegumento, quod hic tanquam inciſum exhibitum eſt.
7. *Azygos uvulae.*

Fig. 9. *Leuator palati mollis et Circumflexus palati, ab inferiori.*

1. 2. *Leuator palati mollis.* 1. origo ab apice exterioris et inferioris ſuperficiei oſſis petroſi et ab adiacente tuba Eustachiana. 2. extremum inſertum palato molli et membranae tendinoſae e naribus venienti. Conf. Fig. 8. No. 6.

3. 4. *Circumflexus palati.* 3. origo a radice ſpinae ſphenoidalis et ab adiacente tuba Eutsachiana 4. extremum tendineum per palatum molle procedens.

5. Hamulus pterygoideus, circa quem ſeſe flectit Circumflexus palati.

6. Hic fauces in nares patent.

7. Tuba Eustachiana.
Reſciſſa eſt membrana faucium per ambitum ſuum. Quoad oſſa Conf. Tab. IV. Fig. 4.

Fig. 10. *Circumflexus palati, ab inferiori.*

1—7. *Circumflexus palati.* 1. Principium tendineum oriens a radice ſpinae ſphenoidalis et ab adiacente tuba, a parte ſuperiori per marginem muſculi vsque ad 2 excurrens. 3. principium anterius oriens ab exteriori margine radicis alae pterygoideae internae. 4. caro communis. 5. principium tendinis, in quem abit, qui circa hamulum pterygoideum ſeſe flectit. 6. aponeuroſis, quae per palati mollis initium ſe explicat. 7. locus, vbi confluit cum pare ſui, a quo hic reſciſſus eſt.

8. Hamulus pterygoideus.

Fig. 11. *Gloſſopalatini cum Palatopharyngeis, ab anteriori.*

1. Lingua.
2. Uvula.
3. Tonſilla.
4. 5. *Gloſſopalatinus* dextri lateris. 4. principium a margine linguae oriens et in arcu anteriori palati mollis ante tonſillam ad palatum molle procedens. 5. locus, vbi dexter Gloſſopalatinus ad ſiniſtrum accedit et cum illo in uvulam excurrit.
6. *Palatopharyngeus* dexter. Pars huius muſculi a Gloſſopalatino obtegitur.

Fig. 12. *Temporalis, ab anteriori.*

1—6. *Temporalis.* 1—4. origo huius muſculi 1. ab apice proceſſus ſpheno-frontalis oſſis jugalis, 2. a plano ſemicirculari oſſis frontis, 3. a linea ſemicirculari oſſis bregmatis, 4. a parte ſquamoſa oſſis temporum. 5. 6. tendo. 5. Principium huius tendinis. 6. inſertio ad ambitum proceſſus coronoidei et ad lineam obliquam externam maxillae inferioris.
Truncatum eſt os jugale cum arcu Zygomatico, ſub quo Temporalis ad maxillam inferiorem deſcendit.

Fig. 13. *Temporalis, a poſteriori.*

1—3. *Temporalis.* 1. origo a linea ſemicirculari oſſis bregmatis, 2. a parte mammillari oſſis temporum. 3. tendo ſub arcu zygomatico deſcendens.

Fig. 14. *Temporalis extremum, ab interiori.*

1. Maxillae inferioris pars ſiniſtra, ab interiori.
2. Proceſſus condyloideus.
3. Locus, vbi extremum Temporalis truncatum eſt.
4. Tendinis minor pars, inſerta margini poſteriori radicis proceſſus coronoidei.
5. Carneae partis inſertio ad ſuperficiem internam radicis proceſſus coronoidei.
6. Tendinis maior pars, inſerta anteriori parti radicis eiusdem proceſſus.

Fig. 15. *Pterygoideus internus et externus, ab inferiori.*

1. 2. *Pterygoideus internus.* 1. origo e foſſa pterygoidea et ab adiacente oſſe maxillari ſuperiori veniens. 2. extremum tendinoſum

ſum, inferiori parti ſuperficiei internae rami maxillae inferioris inſertum, vsque ad angulum maxillae.

3—5. *Pterygoideus externus.* 3. origo a ſuperficie exteriori alae pterygoideae externae atque proceſſus pterygoidei oſſis palatini, nec non 4. a ſuperficie externa alae maioris oſſis ſphenoidei atque ab adiacente margine tuberoſitatis maxillae ſuperioris. 5. extremum tendinoſum inſertum foſſae proceſſus condyloidei maxillae inferioris.

Fig. 16. *Pterygoideus internus, ab anteriori.*

1. Angulus maxillae inferioris.

2. 3. *Pterygoideus internus.* 2. origo e foſſa pterygoidea veniens. 3. extremum tendinoſum, inſertum ramo maxillae vsque ad angulum.
Remota eſt ea pars maxillae pone quam ſitus eſt muſculus.

Fig. 17. *Pterygoideus externus, ab anteriori.*

1. Superficies externa alae maioris oſſis ſphenoidei.
2. Os jugale truncatum.
3. Proceſſus zygomaticus oſſis temporum reſectus.
4. Proceſſus coronoideus maxillae inferioris hic remotus eſt.

5—7. *Pterygoideus externus.* 5. portio inferior, oriens ab ala pterygoidea externa et a ſuperficie externa proceſſus pterygoidei oſſis palatini atque ab adiacente margine tuberoſitatis maxillae ſuperioris. 6. portio ſuperior, oriens ab oſſe ſphenoideo. 7. extremum tendinoſum, inſertum foſſae proceſſus condyloidei maxillae inferioris.

Fig. 18. *Digaſtricus maxillae inferioris, a latere.*

1—3. *Digaſtricus maxillae.* 1. venter poſterior, oriens ex inciſura mammillari oſſis temporum. 2. tendo medius, ſecundum cornu maius et baſin oſſis hyoidei procedens. 3. venter anterior, inſertus labio interno baſeos maxillae juxta ſymphyſin.

Fig. 19. *Digaſtricus maxillae, ab inferiori.*

1—4. *Digaſtricus maxillae.* 1. venter poſterior, principio tendinoſo oriens ex inciſura mammillari. 2. tendo medius. 3. venter anterior, extremo tendinoſo inſertus maxillae inferiori juxta ſymphyſin. 4. aponeuroſis, e tendinis medii extremo et e tendinoſo principio ventris anterioris exiens et adnectens ſe laterali et anteriori parti baſeos et radici cornu maioris oſſis hyoidei.

Fig. 20. *Maſſeter, ab anteriori.*

1—5. *Maſſeter.* 1—3. pars ſuperficialis et anterior ac maior. 1. principium tendineum, oriens ab apice proceſſus jugalis oſſis maxillaris ſuperioris et 2. ab inferiori parte ſuperficiei externae oſſis jugalis. 3. extremum tendinoſum, inſertum poſteriori parti corporis maxillae inferioris vsque ad angulum. 4. pars profunda et poſterior ac minor, oriens a proceſſu temporali oſſis jugalis et a proceſſu zygomatico oſſis temporum. 5. portio, quae ſupra zygoma abscedit ab interiori ſuperficie inuolucri muſculi temporalis, quod hic abſciſſum eſt.

Fig. 21. *Maſſeteris pars profunda ſeu minor, ab anteriori.*

1. 2. Origo tendinoſa. 1. a margine inferiori oſſis jugalis, 2. a proceſſu zygomatico oſſis temporum.
3. extremum tendinoſum, inſertum radici proceſſus coronoidei et parti ſuperiori rami maxillae.
4. portio ab inuolucro muſculi temporalis abscedens.

Fig. 22. *Maſſeter a poſteriori.*

1. 2. *Maſſeter.* 1. pars ſuperficialis et anterior. 2. pars profunda et poſterior, quae a proceſſu zygomatico oſſis temporum deſcendit.

Fig. 23. *Conſtrictor pharyngis inferior, medius, ac ſuperior, cum Buccinatore, a latere.*

1. Maxilla inferior truncata.
2. Lingua.
3. Styloglоſſus.
4. Lingualis. Inter 3 et 4 truncata pars Ceratogloſſi et Baſiogloſſi cernitur.
5. Geniogloſſus.

6—8. *Conſtrictor pharyngis inferior*, tribus partibus conſtans. 6. *Cricopharyngeus* a laterali parte cartilaginis cricoideae oriens. 7. *Thyreopharyngeus*, a cornu inferiori et laterali parte cartilaginis thyreoideae oriens. *Syndesmopharyngeus* fibris ſuperioribus Thyreopharyngei obtectus, hic cerni nequit: oritur vero a ligamento 8. quod inter cornu ſuperius cartilaginis thyreoideae et cornu maius oſſis hyoidei intercedit.

9—11. Con-

9—11. *Conſtrictor pharyngis medius*, duabus partibus conſtans. 9. *Ceratopharyngeus*, oriens a ſuperficie laterali cornu maioris oſſis hyoidei. 10. *Chondropharyngeus*, a cornu minori eiusdem oſſis oriens. Ambae partes confluunt ad 11.

12—14. *Conſtrictor pharyngis ſuperior*, tribus partibus conſtans. 12. *Geniopharyngeus*, a fibris Genioglosſi et a laterali parte radicis linguae oriens. 13. *Mylopharyngeus*, a linea obliqua interna maxillae inferioris et a fibris Buccinatoris oriens. 14. *Pterygopharyngeus*, ab interiori ſuperficie alae pterygoideae internae et ab hamulo pterygoideo et tendine Circumflexi palati oriens.

15—17. *Buccinator*. Origo 15. ab ala pterygoidea externa et ab hamulo pterygoideo, 16. a ſuperficie externa proceſſus alueolaris maxillae ſuperioris, 17. a linea obliqua maxillae inferioris, vnde reſciſſus eſt. Conf. ad hanc Figuram et ad ſequentes laryngis Tab. XXXI.

Fig. 24. *Conſtrictores pharyngis inferiores, medii ac ſuperiores, a poſteriori.*

1. Dentes ſapientiae.
2. 3. Oeſophagus truncatus. 2. eius fibrae transuerſae ſeu interiores, 3. externae, quae ex lateribus oblique deſcendunt.
4. Cartilago cricoidea.
5. Cornu maius oſſis hyoidei.
6. 6. *Conſtrictores pharyngis inferiores.*
7. Mucro, in quem deſinunt.
8. 8. *Conſtrictores pharyngis medii.*
9. Mucro, in quem deſinunt.
10. 10. *Conſtrictores pharyngis ſuperiores*, qui magnam partem ſubiacent mediis.

Fig. 25. *Conſtrictores pharyngis medii, a poſteriori.*

1. Cornu maius oſſis hyoidei.
2. Mucro inferior.
3. — — ſuperior.

Fig. 26. *Conſtrictores pharyngis ſuperiores, a poſteriori.*

1. Dentes ſapientiae inferiores.
2. 3. Pars inferior, quae ſuperiorem 3 decuſſat.
4. Fibrae, quae a maxilla inferiori juxta dentem ſapientiae oriuntur.
5. Fibrae reſciſſae a Buccinatore.
6. Mucro, in quem dexter et ſiniſter Conſtrictor a ſuperiori parte conueniunt.

Fig. 27. *Stylopharyngei, Palatopharyngei, ac Salpingopharyngei, a poſteriori.*

1. Hinc reſciſſa eſt pharyngis pars poſterior.
2. Tuba Eustachiana, partim nuda partim membrana ſua tecta.
3. Choana cum eminente concha inferiori.
* Septum narium.
4. Hamulus pterygoideus.
5. Uvula.
6. Proceſſus ſtyloideus.
7. Cartilago thyreoidea.
8. Membrana nuda pharyngis.
9. Oeſophagus truncatus.

10—14. *Stylopharyngeus*. 10. principium tendineum a radice proceſſus ſtyloidei. 11. pars ſuperior ac minor, quae ſe adiungit Palatopharyngeo. 12. pars inferior ac maior, quae inſeritur margini cartilaginis thyreoideae, juxta radicem cornu ſuperioris 13. et inferioris 14.

15—18. *Palatopharyngeus*. 15. pars, quae per palatum molle incedit ſupra Leuatorem palati illius. 16. pars, quae juxta marginem poſticum palati oſſei exit e membrana tendinoſa, quae e naribus veniens per ſuperiora palati mollis procedit. 17. pars, quae ſub Leuatore palati mollis a principio jacens exit ex aponeuroſi Circumflexi palati. 18. commune extremum Stylopharyngei et Palatopharyngei per poſteriora membranae pharyngis incedens.

19. *Salpingopharyngeus*, ab inferiori et anteriori parte tubae Eustachianae cartilagineae oriens et ad interiorem partem Palatopharyngei ſe adiungens.

Pharynx a ſuperiori parte aperta eſt, reſciſſo, quicquid a baſi cranii vsque ad Palatopharyngeorum marginem ſuperiorem eſt.

Fig. 28. *Stylopharyngei, Palatopharyngei, Salpingopharyngei a poſteriori.*

1. 2. 3. * 4. 5. Vt in priori Figura.
6. Lingua.
7. Tonſilla.
8. Epiglottis.
9. Cartilago thyreoidea.

10—13. *Stylopharyngeus*. 10. principium tendineum a proceſſu ſtyloideo reſciſſum. 11. pars carnea ſuperior et minor. 12. pars inferior et maior. 13. communis extremi Stylopharyngei et Palatopharyngei pars a Stylopharyngeo producta, quae tum ad lateralem marginem epiglottidis, tum ad marginem cartilaginis thyreoideae decurrit.

14—16. Pa-

14—16. *Palatopharyngeus.* 14. pars, quae per palatum molle incedit, fupra Leuatorem palati illius. 15. pars, quae exit e membrana tendinofa a naribus veniente. 16. pars, quae fub Leuatore palati mollis a principio jacens exit ex aponeurofi Circumflexi palati. Ad latus externum refciffa eft Palatopharyngei et Stylopharyngei pars, quae per pofteriora membranae pharyngis decurrit.

17. *Salpingopharyngeus* a cartilaginea parte tubae Eustachianae oriens et ad interiorem partem Palatopharyngei fe adjungens.

18. Commune extremum Palatopharyngei et Salpingopharyngei, quod fe per latus pharyngis demittit ac facit arcum pofteriorem palati mollis.

Pofteriori pharyngis parte tota, a fummo per laterum longitudinem refciffa remotaque, interior pars, quae tunc adparet, hic exhibita eft. Detracta quoque eft membrana, qua pars interior illa obtegitur. Remota etiam eft cartilago cricoidea cum arytaenoideis.

Fig. 29. *Palatopharyngei, a pofteriori.*

1. 2. 3. * 4. 5. Vt in Figura 27.

6—9. Vt in Figura 28.

10—13. *Palatopharyngeus.* 10. pars, quae per palatum molle incedit fub extremo Leuatoris palati illius. 11. pars, quae exit ex aponeurofi Circumflexi palati. 12. pars, quae fe per latus pharyngis demittit emineique intra eam, et arcum pofteriorem palati mollis format. 13. Communis Stylopharyngei et Palatopharyngei pars. Conf. Fig. 28. No. 13.

Remota eft pars, quae per palatum molle incedit fupra Leuatorem palati illius. Refciffa quoque eft Palatopharyngei et Stylopharyngei pars, quae per pofteriora membranae pharyngis decurrit.

Fig. 30. *Stylopharyngeus et Palatopharyngeus, a latere.*

1. Cartilago thyreoidea.

2. Cornu fuperius huius cartilaginis.

3. — — inferius.

4. Cartilago cricoidea.

5. Membrana pharyngis cum continuata ipfi membrana oefophagi.

6. 7. *Stylopharyngeus.* 6. principium truncatum. 7. pars, quae fe adiungit ad fuperiorem partem Palatopharyngei. Conf. Fig. 27. No. 11.

8—10. *Palatopharyngeus.* 8. principium truncatum prodiens hic 9. fub Stylopharyngeo. 10. commune extremum Stylopharyngei.

11. Pars huius extremi communis ad Stylopharyngeum pertinens, quae inferta eft margini fuperiori cartilaginis thyreoideae, inter cornu fuperius et epiglottidem.

12. Alia pars eiusdem extremi communis ad Stylopharyngeum pariter pertinens, quae tum inferitur externo margini cartilaginis thyreoideae, tum euanefcit in membranam pharyngis.

Fig. 31. *Leuatores ani cum Sphinctere interno, a pofteriori.*

1. Locus fynchondrofeos offium pubis.

2. Extremum inteftini recti.

3. Anus.

4—8. *Leuator ani.* 4. pars anterior ab interiori fpectata. 5. origo eius a ramo inferiori et fuperiori offis pubis. 6. pars tendinea, marginem fuperiorem formans, a fuperficie Obturatoris interni enata et fpinae offis ifchii adhaerens. 7. pars pofterior ab exteriori vifa. 8. locus, vbi adhaeret margini anteriori offis coccygis, et cum pare fui fibris carneis et tendineis confluit.

9. Sphincter ani internus.

Fig. 32. *Leuatores ani cum Sphinctere interno, ab anteriori.*

1—3. Vt in priori Figura.

4. Bulbus vrethrae.

5. Vrethra truncata cum corpore fuo fpongiofo.

6. Locus, vbi os pubis truncatum et pars exfciffa eft, ad cernendum Leuatorem.

7—9. *Leuator ani.* 7. origo ab interiori fuperficie offis pubis, indeque per fuperiora retrorfum circa principium Obturatoris interni. 8. tendo, qui marginem fuperiorem facit, ortus ab offe pubis per latus peluis, fere ad fpinam offis ifchii. 9. pars tenuis, quae venit ex angulo, in quem principium penis cum corpore fpongiofo vrethrae coit, porroque a latere fuperioris partis bulbi vrethrae.

10. *Sphincter ani internus.*

Fig. 33. *Leuator ani finifter a latere, ab exteriori parte.*

1. Tendo, qui marginem fuperiorem facit, ortus ab offe pubis, per latus peluis, vsque ad fpinam offis ifchii.

2. Origo ab interiori ſuperficie oſſis pubis, circa principium Obturatoris interni.

3. Origo ab interiori ſuperficie ſpinae oſſis iſchii.

4. Pars tenuis, quae venit ex angulo, in quem principium penis cum corpore ſpongioſo vrethrae coit, et a latere ſuperioris partis bulbi vrethrae.

5. Inſertio anteriori margini vertebrae penultimae et vltimae oſſis coccygis.

6. Hac parte ſe alter alteri infra coccygem continuat.

Truncatum eſt os iſchii et pubis circa ambitum Leuatoris ani, ad cernendum ipſum muſculum.

Fig. 34. *Leuator ani dexter a latere, ab interiori parte.*

1 — 6. Vt in priori Figura.
7. Os iſchii.
8. Os pubis.

Fig. 35. *Sphincter ani externus, a poſteriori.*

1. Anus.
2. Mucro poſterior Sphincteris ani, vertebrae vltimae oſſis coccygis adhaerens.

Fig. 36. *Sphincter ani externus, ab anteriori.*

1. Bulbus vrethrae.
2. Vrethra cum corpore ſuo ſpongioſo.
3 — 5. *Sphincter ani externus.* 3. Fibrae ex vtroque latere conuenientes. 4. cauda, quae tandem euaneſcit in perinaeo. 5. haec pars ſupra caudam illam exit in mucronem quaſi triangularem, qui ſe innectit inferiori parti Acceleratorum, qua illi coeunt inter ſe.

Fig. 37. *Erector penis, a poſteriori.*

1, 2. *Erector penis.* 1. principium tendineum, quod oritur ab interiori ſuperficie tuberoſitatis oſſis iſchii. 2. extremum abſciſſum a corpore cauernoſo penis.

Fig. 38. *Transuerſus perinaei ſuperficialis, a poſteriori.*

1. 2. *Transuerſus perinaei ſuperficialis.* 1. origo ab interiori ſuperficie tuberoſitatis oſſis iſchii. 2. extremum truncatum.

Fig. 39. *Transuerſus perinaei profundus, a poſteriori.*

1. 2. *Transuerſus perinaei profundus.* 1. principium tendineum oriens ab interiori ſuperficie tuberoſitatis oſſis iſchii. 2. extremum carneum truncatum.

Fig. 40. *Acceleratores vrinae, Transuerſi perinaei, Erectores penis, ab anteriori.*

1. Vrethra cum corpore ſpongioſo ſuo.
2. 2. Corpora cauernoſa penis.
3. 4. *Accelerator vrinae ſiniſter.* 3. mucro anterior, quo a pene procedit. 4. fibrae bulbum vrethrae amplectentes et cum fibris Acceleratoris dextri ad angulos per mediam bulbi longitudinem conuenientes.
5. *Transuerſus perinaei ſuperficialis* lateris ſiniſtri.
6. — — — — *profundus* lateris dextri.
7. *Erector penis* ſiniſter.

Fig. 41. *Coccygeus a poſteriori.*

1. Principium tendineum oriens a ſpina oſſis iſchii.
2. Extremum inſertum margini oſſis ſacri et coccygis.

Fig. 42. *Coccygeus ab anteriori.*

1. Principium tendineum, quod oritur ab interiori ſuperficie apicis ſpinae oſſis iſchii.
2. Extremum tendinoſum, quod ſe inſerit interiori ſuperficiei marginis vltimae vertebrae oſſis ſacri et vertebrarum trium ſuperiorum oſſis coccygis.

EXPLI-

EXPLICATIO
TABVLAE XXXIV.

Omnes Figurae ex Albini libro (*Tabul. sceleti et musculor.*) Tab. XIII. XIV. desumtae et ad dimidium magnitudinis diminutae sunt.

Fig. 1. *Obliquus externus abdominis, a latere.*

1—8. Costa quinta, sexta, septima, octaua, nona, decima, vndecima, duodecima.
9—30. *Obliquus externus abdominis.*
9—17. Pars carnea.
10—17. Capita seu dentationes, quae oriuntur a costis octo inferioribus: incipiunt principio tendineo. Inter 16 et 17 cernitur pars connexa cum musculi Transuersi abdominis principio, ibi ex eius tendinea parte exiens.
18—30. Aponeurosis.
19. Hic sub illa aponeurosi eminet caro Obliqui interni.
20. Hic sub eadem simul et sub aponeurosi Obliqui interni eminet caro Transuersi.
21. Hic eminet caro Recti.
22. Hic per aponeurosin adparent inscriptiones tendineae Recti.
23. Hic eminet Pyramidalis.
24. Annulus abdominalis inter crura aponeuroseos.
25. Crus internum.
26. — externum. Ab altero crure ad alterum fibrae aponeuroticae tenues et arcuatae decurrunt eaque sibi inuicem jungunt.
27. 28. Hic fibrae aponeuroticae (27) et carneae (28) inseruntur labio externo cristae ossis ilium.
29. Imus margo tendineus pertinens ad os pubis.
30. Aponeurosis inserta cartilagini costae sextae.
Fila tendinea subtilia raraque aponeurosin decussantia hic quodammodo expressa sunt. Conf. Fig. 2.

Fig. 2. *Obliquus externus abdominis, ab anteriori.*

1—5. Costa quinta, sexta, septima, octaua, nona.
6—27. *Obliquus externus abdominis.*
6—11. Pars carnea.
7—11. Capita seu dentationes, quae oriuntur a costis.
12—26 Aponeurosis.
13. Hic sub illa aponeurosi eminet caro Obliqui interni.
14. Hic sub eadem simul et sub aponeurosi Obliqui interni eminet caro Transuersi.
15. Hic eminet caro Recti.
16. Hic per aponeurosin adparent inscriptiones tendineae Recti.
17. Hic eminet Pyramidalis.
18. Imus margo tendineus pertinens ad os pubis.
19. Annulus abdominalis inter crura aponeuroseos.
20. Crus internum ad ramum inferiorem ossis pubis oppositi decurrens.
21. Crus externum ossi pubis sui lateris insertum.
22. Fibrae arcuatae, quibus haec crura sibi inuicem junguntur.
23. Locus, vbi aponeurosis Obliqui externi vtriusque lateris sese decussat.
24. Summa pars aponeuroseos inserta cartilagini costae sextae.
25. Pars inserta cartilagini costae septimae.
26. — — — — — xiphoideae.
27. Linea alba.
28. Vmbilicus.
Fila tendinea subtilia aponeurosin decussantia hic quoque indicata sunt.

Fig. 3. *Obliquus internus abdominis, a posteriori.*

1—3. Costa decima, vndecima, duodecima.
4—6. Vertebra lumborum tertia, quarta, quinta.
7—10. Pars carnea.

8 — 10. Extremum insertum costae duodecimae, vndecimae, decimae.

11. Principium tendineum adhaerens cristae ossis ilium.

12. Aponeurosis, quae duabus laminis incipit, quarum exterior seu posterior cum aponeurosi Latissimi dorsi, qua obtegitur, concreta est.

13. Aponeurosis, qua Latissimus dorsi incipit. Conf. Tab. XXXIX. Fig. 2.

14. Hinc rescissa est aponeurosis Latissimi dorsi, vbi non amplius cohaeret cum aponeurosi subiacente Obliqui interni.

Fig. 4. *Obliquus internus abdominis cum Cremastere, ab anteriori.*

1. Cartilago xiphoidea.

2 — 5. Costa septima, octaua, nona, decima.

6 — 16. *Obliquus internus abdominis.*

6 — 9. Pars carnea.

7. Origo a superiori parte cristae ossis ilium.

8. Margo procedens a margine tendineo Obliqui externi abdominis.

9. Carnea pars adhaerens cartilagini costae decimae.

10. Aponeurosis, hac parte simplex, antequam Rectum abdominis attingat, supra adhaerens cartilagini costae nonae.

11. Lamina anterior seu exterior earum, in quas se aponeurosis illa juxta Rectum diuidit. Resecta est haec lamina secundum longitudinem abdominis, vbi se coniungit cum aponeurosi Obliqui externi (Conf. Fig. 1. 2.) et vaginam anteriorem Recti et Pyramidalis format.

12. 13. Hac parte aponeurosis simplex manet et coniuncta est cum aponeurosi Transuersi, cum qua incedit ante Rectum.

14. Lamina posterior seu interior earum, in quas aponeurosis se diuidit, pone Rectum incedens. Adhaeret cartilagini costae octauae et septimae atque cartilagini xiphoideae. In superiori eius parte fibrae quaedam tenues fibras praecipuas decussant.

15. Linea alba, ad quam aponeurosis pertinet.

16. Pars carnis leuiter eminens, sub qua decurrit funiculus spermaticus.

17. *Cremaster*, a fibris Obliqui interni oriens et ad tunicam vaginalem testiculi desinens.

Fig. 5. *Obliquus internus abdominis, a latere.*

1 — 6. Costa septima, octaua, nona, decima, vndecima, duodecima.

7. Processus spinosus vertebrae lumborum tertiae.

8 — 21. *Obliquus internus abdominis.*

8 — 13. Pars carnea.

9 — 11. Insertiones, quae adhaerent costae duodecimae, vndecimae, decimae. Inter 9 et 10 fibrae procedunt secundum Intercostalem internum vndecimum, inter 10 et 11 vero secundum Intercostalem internum decimum.

12. Principium tendineum a crista ossis ilium oriens.

13. Hac parte procedit a margine Obliqui externi abdominis.

14. 15. Lamina exterior seu posterior aponeuroseos, quae vestit interiorem superficiem aponeuroseos Latissimi dorsi, et cum illa oritur a processibus spinosis trium inferiorum vertebrarum lumborum et sequentibus spuriis ossis sacri, nec non (15) a crista ossis ilium. Conf. Fig. 3.

16. Locus, vbi lamina illa exterior se coniungit cum lamina interiori. Conf. Fig. 10. No. 11 — 14.

17. Aponeurosis, hac parte simplex, antequam Rectum abdominis attingat. Vid. Fig. 4. No. 10. Supra adhaeret cartilagini costae nonae, et inter cartilaginem costae decimae et nonae procedit secundum Intercostalem internum nonum.

18. Lamina anterior seu exterior earum, in quas se aponeurosis illa juxta Rectum diuidit. Vid. Fig. 4. No. 11.

19. 20. Hac parte aponeurosis simplex manet et cum aponeurosi Transuersi ante Rectum incedit. Vid. Fig. 4. No. 12. 13.

21. Lamina posterior seu interior. Vid. Fig. 4. No. 14.

22. *Cremaster* truncatus. Conf. Fig. 4. No. 17.

Fig. 6. *Rectus abdominis.*

1. Cartilago xiphoidea.

2 — 7. Costa quinta, sexta, septima, octaua, nona, decima.

8. Synchondrosis ossium pubis.

9 — 22. *Rectus abdominis.*

9. Tendinis crus exterius, latius, ac breuius, quod a margine superiori rami horizontalis ossis pubis et synchondroseos oritur.

10. Tendinis crus interius ac longius, ab anteriori superficie synchondroseos oriens.

11. Locus, vbi haec crura confluunt.

12 — 15. Carneae partes quatuor.

16. Inscriptio tendinea dimidia, infra vmbilicum.

17. Inscriptio tendinea, quae e regione vmbilici est.

18. Inscriptio tendinea, quae inter vmbilicum et thoracem est.

19. Inscriptio tendinea, quae ad marginem thoracis occurrit.

20 — 22. Api-

20--22. Apices inferti cartilaginibus cofta-rum, feptimae, fextae, quintae.

Fig. 7. *Pyramidalis.*

1. Offis pubis ramus inferior feu defcendens.
2. — — — — fuperior feu horizontalis.
3. Synchondrofis offium pubis.
4—6. *Pyramidalis.* 4. origo, quae tendineo principio incipit a fynchondrofi et a ramo fuperiori offis pubis. 5. extremum fuperius acutum. 6. margo ad lineam albam pertinens.

Fig. 8. *Transuerfus abdominis cum Triangulari fterni, ab anteriori.*

1. 2. Sternum. 1. corpus. 2. cartilago xiphoidea.
3—11. Cofta tertia, quarta, quinta, fexta, feptima, octaua, nona, decima, vndecima.
12 –20. Pars carnea.
13. Origo, principio tendineo veniens ab interiori fuperficie partis offeae et cartilagineae coftae fextae, cum Triangulari fterni confluens.
14. Origo, principio tendineo oriens ab interiori fuperficie cartilaginis coftae feptimae.
15. Origo, in partes aliquot (hic quatuor) fiffa, ab interiori fuperficie cartilaginis coftae octauae.
16. Origo ab interiori fuperficie cartilaginis coftae nonae. Accedit aponeurofis ex interuallo coftae octauae et nonae.
17. Origo ab interiori fuperficie cartilaginis coftae decimae. Accedit aponeurofis ex interuallo coftae nonae et decimae.
18. Origo ab interiori fuperficie cartilaginis coftae vndecimae.
19. Origo a crifta offis ilium.
20. Margo, qui procedit a margine tendineo Obliqui externi abdominis.
21. Aponeurofis.
22. Truncata lamina pofterior aponeurofeos Obliqui interni, qua fe primum cum aponeurofi Transuerfi extremoque tendineo Triangularis fterni coniungit.
23. Truncata aponeurofis Obliqui interni, qua fe primum coniungit cum aponeurofeos Transuerfi parte illa, quae ante Rectum et Pyramidalem incedit.
24. Lamina pofterior aponeurofeos Obliqui interni abdominis, fuperinducta aponeurofeos Transuerfi parti illi, quae Recto fubiecta eft. Inferitur cartilagini xiphoideae et coniuncta ibi eft cum extremo tendineo Triangularis fterni. Conf. Fig. 4 et 9
25. Aponeurofis Obliqui interni, qua fimplex remanet, fuperinducta aponeurofeos Transuerfi parti illi, quae ante Rectum et Pyramidalem incedit.
26. Margo aponeurofeos ad lineam albam pertinens.
27. Fiffura aponeurofeos Transuerfi, per quam Rectus transit.
28. Linea alba.
29—32. *Triangularis fterni.* Conf. Tab. XXXVIII. Fig. 7.
29. Capitis, quod ab interiori fuperficie coftae tertiae oritur, principium tendineum.
30. Capitis, quod ab interiori fuperficie coftae quartae oritur, principium tendineum.
31. Capitis, quod ab interiori fuperficie coftae quintae oritur, principium tendineum.
32. Extremum tendineum Triangularis fterni, infertum corpori fterni et cartilagini xiphoideae, nec non extremis cartilaginum coftarum adiacentium. Ad partem inferiorem fuperinducta eft aponeurofis Obliqui interni abdominis, quae No. 24. notata eft.

Truncata eft pars coftarum fternique ad melius oftendendum totum Triangularem et Transuerfum.

Fig. 9. *Transuerfus abdominis, a latere.*

1—7. Cofta fexta, feptima, octaua, nona, decima, vndecima, duodecima.
8—11. Proceffus fpinofus vertebrae lumborum fecundae, tertiae, quartae, quintae.
12—27. *Transuerfus abdominis.*
12. Pars carnea.
13—18. Vt in Figura 8.
19. Origo ab interiori fuperficie extremae cartilaginis coftae duodecimae, principio tendineo. Accedit aponeurofis ex interuallo coftae decimae et vndecimae et ex interuallo vndecimae et duodecimae.
20. Aponeurofis, qua in lumbis incipit.
21. Margo, qui procedit a margine tendineo Obliqui externi abdominis.
22. Aponeurofis.
23. Truncata lamina pofterior aponeurofeos Obliqui interni. Fig. 8. No. 22.
24. Truncata aponeurofis Obliqui interni. Fig. 8. No. 23.
25. Lamina pofterior aponeurofeos Obliqui interni. Fig. 8. No. 24.
26. Aponeurofis Obliqui interni, qua fimplex remanet. Fig. 8. No. 25.

27. Fiſſura aponeuroſeos Transuerſi. Fig. 8. No. 27.
Truncatae ſunt coſtae.

Fig. 10. *Transuerſus abdominis, a poſteriori.*

1. 2. Coſta vndecima et duodecima.
3—5. Vertebra dorſi decima, vndecima, duodecima.
6—9. Vertebra lumborum prima, ſecunda, tertia, quarta.
10. Os ilium.
11—19. *Transuerſus abdominis.*
11—14. Principia aponeuroſeos, qua Transuerſus incipit vna cum principiis laminae interioris ſeu anterioris, qua communis aponeuroſis Obliqui interni et Serrati poſtici inferioris oritur.
11. Origo tendinea Transuerſi, procedens a margine coſtae duodecimae et a proceſſu transuerſo vertebrae lumborum primae.
12. Origo tendinea, procedens a proceſſu transuerſo vertebrae lumborum ſecundae et a margine coſtae duodecimae.
13. Similis origo tendinea a proceſſu transuerſo vertebrae lumborum tertiae procedens.
14. Origo tendinea a proceſſu transuerſo vertebrae lumborum quartae procedens.
15. Hinc reſciſſa eſt lamina exterior aponeuroſeos communis Serrati poſtici inferioris et Obliqui interni abdominis.
16. 17. Aponeuroſis communis Serrati poſtici inferioris et Obliqui interni, quae reſciſſa eſt ad 17. vbi cum aponeuroſi, qua Transuerſus incipit, non amplius cohaeret.
18. Aponeuroſis, qua Transuerſus incipit, adhaerens margini coſtae duodecimae.
19. Aponeuroſis ex interuallo coſtae vndecimae et duodecimae veniens, truncata.
Apex cartilaginis coſtae duodecimae truncatus eſt.

EXPLI-

EXPLICATIO
TABVLAE XXXV.

Siſtit haec Tabula Diaphragma, ſeu Septum transuerſum, varia ratione ſpectatum. Figura prima deſumta eſt ex HALLERI *Icon. anatom.* Faſc. I. reliquae ex ALBINI *Tabul. ſceleti et muſculor.* Tab. XIV deſumtae ſunt. In omnibus archetypi magnitudo ad dimidium diminuta eſt.

FIG. 1. *Diaphragma ab inferiori.*

1. Cartilago xiphoidea.
2 — 8. Coſta ſexta, ſeptima, octaua, nona, decima, vndecima, duodecima.
9 — 11. Vertebra lumborum prima, ſecunda, tertia.
12. Aortae truncus reſectus.
13. Arteria coeliaca.
14. — — meſenterica ſuperior.
15. — — renalis dextra.
16. — — — — ſiniſtra.
17. Vena caua in oſtio ſuo reſecta.
18. Venarum phrenicarum reliquiae.
19. Oeſophagus.
20. Pſoas maior.
21. Quadratus lumborum.
22. Neruus intercoſtalis.
23. — — ſplanchnicus.
24. — — dorſalis vndecimus, qui inter vertebram dorſi vndecimam et duodecimam prodit.
25. Arcus tendineus, cui peritonaeum adhaeret, et ſub quo exit Pſoas et Quadratus lumborum: procedit a proceſſu transuerſo vertebrae lumborum primae verſus coſtam duodecimam.
26 — 35. Pars tendinea Diaphragmatis.
26. Princeps tela fibrarum tendinearum, quae coniungit carnes oppoſitas, nempe crura cum fibris quae a ſterno et coſtis proueniunt.
27. Hac ſede peritonaeum, initio facto ab arcu tendineo, fibris tendineis ſplendentibus firmatur.
28. Fibrae tendineae, quae alae ſiniſtrae oram legunt.
29. Magnus faſciculus fibrarum, in uniuerſum lunatus, cuius cornua in coſtales carnes degenerant: ſupra hunc faſciculum adſcendunt fibrae carnium mediarum.
30. Intricationes variae fibrarum, quae a ſterno ad crura feruntur, cum iis fibris, quae dextras coſtales cum ſiniſtris coniungunt.
31. Fibrae transuerſae, quae a coſtalibus dextris ad ſiniſtras feruntur.
32. Faſciculus anterior foraminis venae cauae, tendineus, validus, pene transuerſus.
33. Faſciculus ſiniſter eiusdem foraminis.
34. Faſciculus poſterior eiusdem foraminis, perpetuus, latus.
35. Faſciculus dexter eiusdem foraminis.
36. Carnes a coſtis ortae.
37. — — quae ab arcu tendineo (25) oriuntur et fere rectae adſcendunt.
38. Crus dextrum quartum ſeu externum.
39. — — — tertium.
40. — — — ſecundum.
41. — — — primum ſeu internum.
42. Crus ſiniſtrum quartum ſeu externum.
43. — — — tertium.
44. — — — ſecundum.
45. — — — primum ſeu internum.
46. Decuſſatio crurum internorum ſeu primorum ſub oeſophago.
47. Columna oeſophagi dextra.
48. — — — — ſiniſtra. Supra oeſophagum hae columnae decuſſantur.

FIG. 2. *Diaphragma, ab anteriori.*

1 — 4. Vertebra lumborum prima, ſecunda, tertia, quarta.
5 — 10. Coſta ſeptima, octaua, nona, decima, vndecima, duodecima, ſiniſtri lateris. Exſecta eſt pars coſtarum, ad melius oſtendendum ipſum Diaphragma.
11. Coſta duodecima dextri lateris.

12. Cartilago xiphoidea truncata.
13. Crus primum ſeu internum vtriusque lateris.
14. Crus ſecundum vtriusque lateris.
15. —— tertium vtriusque lateris.
16. —— quartum ſeu externum ſiniſtri lateris. Dextrum reſectum eſt ad oſtendendam portionem acceſſoriam (19).
17. Pars carnis, quae aliquoties occurrit, naſcens a ſuperficie Quadrati lumborum aut ex arcu tendineo. Conf Fig. 1. No. 37.
18. Pars lumbalis ex coniunctione crurum enata.
19. Portio acceſſoria, a proceſſu transuerſo vertebrae primae et ſecundae oriens et cartilagini coſtae duodecimae ſe inſerens: haec aliquando in vno, aliquando in vtroque latere inuenitur.
20. Truncatus margo, vbi Diaphragma continuabatur Transuerſo abdominis.
21 — 28. Pars thoracica ſeu coſtalis.
21. Extremum carneum medium, quod ad interiorem ſuperficiem cartilaginis xiphoideae pertinet.
22. Extremum quod ſeſe adnectit peritonaeo.
23. — — — procedens ab interiori ſuperficie cartilaginis coſtae ſeptimae. In dextro latere ab ea cartilagine reſciſſum eſt.
24. Extremum procedens ab interiori ſuperficie cartilaginis coſtae octauae. In dextro latere ab ea cartilagine reſciſſum eſt.
25. Extremum procedens ab interiori ſuperficie cartilaginis coſtae nonae. In dextro latere ab ea cartilagine reſciſſum eſt.
26. Extremum procedens ab interiori ſuperficie cartilaginis coſtae decimae. In dextro latere ab ea cartilagine reſciſſum eſt.
27. Extremum procedens ab interiori ſuperficie cartilaginis coſtae vndecimae.
28. Coniunctio partium carnearum, quae a coſtis ad mediam partem Diaphragmatis feruntur.
29. Tendineae partis mucro anterior, in quem exit.
30. Foramen oeſophageum.

Fig. 3. *Diaphragmatis pars poſterior, ab anteriori.*

1—4. Vertebra lumborum prima, ſecunda, tertia, quarta.
5. 6. Coſta vndecima, duodecima.
7. Crus primum ſeu internum vtriusque lateris.
8. Crus ſecundum vtriusque lateris.
9. —— tertium vtriusque lateris.
10. — quartum ſeu externum ſiniſtri lateris. Dextrum reſectum eſt ad oſtendendam portionem acceſſoriam.
11. Pars carnis naſcens ex arcu tendineo. Vid. Fig. 2. No. 17.
12. Pars lumbalis ex coniunctione crurum enata.
13. Portio acceſſoria. Conf. Fig. 2. No. 19.
14. Truncatus margo, vbi Diaphragma continuabatur Transuerſo abdominis.
15. Pars thoracica ſeu coſtalis. Conf. Fig. 2. No. 21 — 28.
16. Extremum inſertum interiori ſuperficiei coſtae duodecimae.
17. Foramen oeſophageum, ſub quo fibrae carneae crurum interiorum ſe decuſſant.
18. Foramen venae cauae.
19. Pars anterior Diaphragmatis, per hunc ambitum reſciſſa.

Fibrae tendineae, quae in media parte huius Figurae cernuntur, numeris notatae non ſunt: cognoſcentur vero ex Figura 1.

Fig. 4. *Diaphragma, a latere.*

1 — 6. Coſta ſeptima, octaua, nona, decima, vndecima, duodecima.
7. Extremum carneum procedens ab interiori ſuperficie cartilaginis coſtae ſeptimae.
8. Extremum carneum procedens ab interiori ſuperficie cartilaginis coſtae octauae.
9. Extremum carneum, tendineo principio incipiens, ac procedens ab interiori ſuperficie partis cartilagineae et oſſeae coſtae nonae.
10. Extremum carneum, tendineo principio incipiens, ac procedens ab interiori ſuperficie partis cartilagineae et oſſeae coſtae decimae.
11. Extremum fibris tendineis et carneis procedens a cartilaginea et oſſea parte coſtae vndecimae et a membrana ligamentoſa 14.
12. Extremum fibris tendineis et carneis procedens a cartilaginea et oſſea parte coſtae duodecimae atque a membrana ligamentoſa 15.
13. Coniunctio partium carnearum, quae a coſtis ad medium Diaphragmatis feruntur et partem Diaphragmatis coſtalem conſtituunt. Conf. Fig. 2. No. 28.
14. Membrana ligamentoſa inter coſtam decimam et vndecimam.
15. Membrana ligamentoſa inter coſtam vndecimam et duodecimam.
16. Pars tendinea.
17. Crus primum ſeu internum ſiniſtrum.

Truncatae ſunt coſtae ad oſtendendas fibras Diaphragmatis, quae pone illas ſitae ſunt.

Fig. 5. *Diaphragma, a posteriori.*

1. Vertebra lumborum secunda.
2. Crus primum seu internum vtriusque lateris.
3. Crus secundum vtriusque lateris.
4. Principium nascens e superficie Quadrati lumborum, aliquoties occurrens. Vid. Fig. 2. No. 17.
5. Pars lumbalis ex coniunctione crurum enata.
6. Truncatus margo, vbi Diaphragma continuatur Transuerso abdominis.
7. Extremum quod procedit a costa duodecima.
8. Pars costalis Diaphragmatis. Vid. Fig. 4. No. 13.
9. Foramen venae cauae.
10. Foramen oesophageum.

Fibrae tendineae numeris notatae non sunt: cognoscentur vero ex Figura 1.

EXPLICATIO
TABVLAE XXXVI.

Omnes Figurae ex ALBINI libro (*Tabul. fceleti et mufculor.*) Tab. XV. XVI. defumtae et ad dimidium diminutae funt.

FIG. 1. *Multifidus fpinae.*

1—6. Vertebra colli fecunda, tertia, quarta, quinta, fexta, feptima.
7—18. Vertebrae dorfi duodecim.
19—23. Vertebrae lumborum quinque.
24. Os facrum.
25. Spina pofterior fuperior criftae offis ilium.
26. Caput, quod oritur a proceffu obliquo fpurio quarto offis facri. Reliqua capita tria, quae oriuntur a tribus fuperioribus proceffibus obliquis fpuriis eiusdem offis, hic adparere nequeunt, quia mufculo fubiacent.
27. Origo a parte pofteriori offis ilium et a ligamento poftico longo eiusdem offis.
28. Tendinofus excurfus capitis, quod oritur a proceffu obliquo fuperiori vertebrae fpuriae primae offis facri.
29—33. Similis excurfus 29. capitis, quod oritur a proceffu obliquo fuperiori vertebrae lumborum quintae. 30. fimilis illius, quod a quartae. 31. quod a tertiae. 32. quod a fecundae. 33. quod a primae.
34—45. Similis excurfus 34. capitis, quod oritur a fuperiori parte extremi proceffus transuerfi vertebrae dorfi duodecimae. 35. Caput tendinofum, oriens a proceffu transuerfo vertebrae dorfi vndecimae. 36. Simile oriens a proceffu transuerfo vertebrae dorfi decimae. 37. Simile ab eodem proceffu nonae, 38. Simile ab eodem proceffu octauae, 39. feptimae, 40. fextae, 41. quintae, 42. quartae, 43. tertiae, 44. fecundae, 45. primae.
46—48. Simile caput 46. oriens a proceffu obliquo inferiori vertebrae colli fextae. 47. fimile ab eodem proceffu quintae. 48. fimile ab eodem proceffu quartae.
49—51. Extremum tendineum, infertum 49. proceffui fpinofo fpurio vertebrae offis facri tertiae, 50. fecundae, 51. primae.
52—56. Simile extremum, infertum 52. proceffui fpinofo vertebrae lumborum quintae, 53. quartae, 54. tertiae, 55. fecundae, 56. primae.
57—68. Simile extremum, infertum 57. proceffui fpinofo vertebrae dorfi duodecimae, 58. vndecimae, 59. decimae, 60. nonae, 61. octauae, 62. feptimae, 63. fextae, 64. quintae, 65. quartae, 66. tertiae, 67. fecundae, 68. primae.
69—74. Simile extremum, infertum 69. proceffui fpinofo vertebrae colli feptimae, 70. fextae, 71. quintae, 72. quartae, 73. tertiae, 74. fecundae. Omnia fe inferunt proceffui fpinofo, et tendunt vsque verfus proceffum obliquum inferiorem, id quod in vltimo extremo (74) diftincte adparet.

FIG. 2. *Pars eiusdem mufculi, a latere.*

1. Vertebra dorfi duodecima.
2—5. Vertebra lumborum prima, fecunda, tertia, quarta.
6. Pars, quae procedit ab offe facro et ab offe ilium, nec non a ligamento poftico longo eiusdem offis. Vid. Fig. 1. No. 26. 27.
7. Caput tendinofum, quod oritur a proceffu obliquo fuperiori vertebrae fpuriae primae offis facri. — Principium huius capitis, vtpote pone os ilium jacens, hic adparere nequit.
8. Caput tendinofum, oriens a proceffu obliquo fuperiori vertebrae lumborum quintae.
9. Simile caput, ab eodem proceffu vertebrae lumborum quartae.
10. Simile, ab obliquo fuperiori tertiae.
11. — — — — — — — fecundae.
12. — — — — — — — primae.

13—15.

15—16. Extremum tendinofum, quod pertinet 13. ad proceffum fpinofum vertebrae lumborum quartae. 14. quod ad tertiae. 15. quod ad fecundae. 16. quod ad primae.

17—18. Simile extremum, quod pertinet 17. ad proceffum fpinofum vertebrae dorfi duodecimae. 18. quod ad eundem proceffum vndecimae.

19. Locus vbi mufculus truncatus eft.

20—24. Portiones, quae accedunt huic mufculo. Oritur quaelibet a proceffu obliquo fuperiori cuiusuis vertebrae inferioris, ac procedit ad eundem proceffum cuiusuis vertebrae proximae fuperioris, nec non (in lumborum vertebris) ad proceffum acceffòrium. 20—23. inter vertebras lumborum occurrunt. 24. eft inter vertebram lumborum primam et dorfi duodecimam.

Fig. 3. *Sacrolumbalis cum Cervicali defcendente.*

1—17. *Sacrolumbalis.*

1—11. Truncatae caudae tendineae Sacrolumbalis. Vid. Fig. 4. No. 1—12.

12—17. Portiones, quae principio tendineo incipiunt et ad Sacrolumbalem accedunt a coftis, 12. a duodecima, 13. ab vndecima, 14. a decima, 15. a nona, 16. ab octaua, 17. a feptima.

18—27. *Ceruicalis defcendens.*

18—22. Capita Ceruicalis defcendentis, quae principio tendineo incipiunt a coftis, 18. a fexta, 19. a quinta, 20. a quarta, 21. a tertia, 22. a fecunda.

23. Ceruicalis cum Sacrolumbali ita coniunctus, vt eius continuatio fit.

24. Tendineus excurfus capitis primi (18) quod a cofta fexta accedit. Notandum eft, quod non femper excurrat tam longe.

25—27. Caudae tendineae Ceruicalis defcendentis, quae fe circa mufculos fubiectos flectunt, atque fe inferunt cornu pofteriori proceffus transuerfi, et quidem, 25. vertebrae colli fextae, 26. quintae, 27. quartae.

28. Hoc loco truncatus eft Longiffimus dorfi.

29—40. Cofta prima, fecunda etc.

41—44. Vertebra colli quarta, quinta, fexta, feptima.

Reliquae cognofcentur ex Fig. 4.

Fig. 4. *Sacrolumbalis cum Longiffimo dorfi et Ceruicali defcendente.*

1—12. *Sacrolumbalis.* 1. 2. 3. etc. Caudae infertae coftis, duodecimae, vndecimae, decimae etc. vsque ad primam. Cauda, quae coftae duodecimae inferitur, hic quidem tecta eft: cernitur vero in Fig. 6. No. 11.

13. 14. *Longiffimus dorfi.* 13. fuperficies tendinea. 14. cauda per ceruicem adfcendens et in tendinem abiens, qui fe cum Ceruicalis defcendentis tendine (31) coniungit. — Abit hic quoque in tendinem coniunctum cum tendine Ceruicalis 30.

15—26. Caput commune Sacrolumbalis et Longiffimi dorfi. 15. pars tendinea. 16. pars carnea. Origo tendinea * a crifta offis ilium. 17. ab eminentia coccygea offis facri. 18. a crepidine extremi canalis fpinalis. 19—21. a proceffibus fpinofis fpuriis offis facri. 22. 23. a proceffu fpinofo vertebrae lumborum quintae et quartae. 24—26. tendines tres accedentes a proceffu fpinofo vertebrae lumborum tertiae, fecundae, primae.

27. Capitis communis diuifio in Sacrolumbalem et Longiffimum dorfi.

28—31. *Ceruicalis defcendens.* 28. excurfus tendineus capitis illius, quod oritur a cofta fexta (Conf. Fig. 3. No. 18). 29. cauda tendinea, quae pertinet ad vertebram colli fextam. 30. quae ad quintam, coniungens fe cum cauda 14. Longiffimi dorfi. 31. quae ad quartam.

32—35. Vertebra colli quarta, quinta, fexta, feptima. Reliquae vertebrae facile intelligentur.

36—47. Cofta prima, fecunda etc.

Fig. 5. *Longiffimus dorfi.*

1. Venter mufculi.

2—9. Caudae maiorem partem tendineae, infertae coftis: 2. decimae, 3. nonae, 4. octauae, 5. feptimae, 6. fextae, 7. quintae. 8. quartae, 9. tertiae.

10. Caudarum, quas proceffibus transuerfis vertebrarum inferit, poftrema, inferta proceffui transuerfo vertebrae colli primae et coftae primae.

11—13. Cauda per ceruicem adfcendens, hic in duos tendines diuifa. 12. tendo infertus cornu pofteriori proceffus transuerfi vertebrae colli quintae. 13. tendo infertus quartae.

14. Hinc refectus eft Sacrolumbalis.

15—18. Vertebra colli quarta, quinta, fexta, feptima.

19—30. Cofta prima, fecunda etc.

Fig. 6. *Longiffimi dorfi et Sacrolumbalis caudae.*

1—5. Quinque caudae a capite communi refciffae, quae pertinent ad proceffus accefforios vertebrarum lumborum.

6—10. Quinque aliae caudae a capite com-

 muni

muni refciffae, quae pertinent ad proceffus transuerfos vertebrarum lumborum.
11. Portio lata, quam caput Sacrolumbalis commune, a quo refciffa eft, inferit inferiori margini coftae duodecimae.
12 — 22. Caudae Longiffimi dorfi infertae proceffibus transuerfis vertebrarum dorfi: 12. duodecimae, 13. vndecimae etc. vsque ad fecundam. Quae proceffui transuerfo vertebrae dorfi primae inferta eft, Fig. 5. No. 10. indicata eft. (Duplex eft 19. 20).
23 — 26. Principia tendinea capitum, quae ad interiorem partem Longiffimi dorfi accedebant et truncata funt. Oriuntur a proceffu transuerfo vertebrae dorfi duodecimae, vndecimae, decimae, nonae.
27 — 30. Vertebra colli quarta, quinta, fexta, feptima.
31 — 42. Vertebrae dorfi duodecim.
43 — 47. — — lumborum quinque.
48 — 59. Coftae duodecim.
Longiffimus dorfi et Sacrolumbalis vna cum communi fuo capite refecti funt, relictis portionibus, quas Figura indicat.

Fig. 7. *Semifpinalis ceruicis.*

1 — 6. Capita tendinea fex, quae oriuntur a proceffu transuerfo vertebrae dorfi fextae, quintae, quartae, tertiae, fecundae, primae.
7 — 11. Extrema quinque, quae fe inferunt lateri imi marginis proceffus fpinofi vertebrae colli fextae, quintae, quartae, tertiae, fecundae.
12 — 17. Vertebra colli fecunda, tertia, quarta, quarta, fexta, feptima.
18 — 23. Vertebra dorfi prima, fecunda, tertia, quarta, quinta, fexta.

Fig. 8. *Semifpinalis dorfi.*

1 — 4. Capita quatuor tendinea, quae incipiunt a proceffu transuerfo vertebrae dorfi decimae, nonae, octauae, feptimae.
5. Venter carneus.
6 — 12. Septem caudarum tendines, pertinentes ad proceffum fpinofum vertebrae dorfi quintae, quartae, tertiae, fecundae, primae, et ad eundem proceffum vertebrae colli feptimae ac fextae.
13. 14. Vertebra colli fexta, feptima.
15 — 24. Vertebra dorfi prima, fecunda etc. 24. decima.

Fig. 9. *Spinalis dorfi.*

1 — 5. Quinque tendines, quibus oritur a proceffu fpinofo vertebrae lumborum fecundae et primae, atque ab eodem proceffu vertebrae dorfi duodecimae, vndecimae, decimae.
6. Corpus carneum.
7 — 13. Septem caudae tendineae, quibus inferitur proceffui fpinofo vertebrae dorfi octauae, feptimae, fextae, quintae, quartae, tertiae, fecundae.

14 — 24. Vertebra dorfi fecunda, tertia etc. 24 duodecima.
25. 26. Vertebra lumborum prima, fecunda.

Fig. 10. *Interfpinalis lumborum, a latere.*

1. Vertebra lumborum tertia.
2. — — — — — quarta.
3. Proceffus fpinofus vertebrae lumborum quintae.
4. Principium tendineum, quod oritur a fuperficie laterali proceffus fpinofi vertebrae inferioris.
5. Extremum tendineum, infertum lateri eiusdem proceffus vertebrae proximae fuperioris.

Fig. 11. *Intertransuerfarii lumborum.*

1. Vertebra dorfi duodecima.
2 — 6. Vertebrae lumborum quinque.
7 — 11. *Intertransuerfarii lumborum.* Quilibet procedit a proceffu transuerfo cuiusuis vertebrae inferioris ad eundem proceffum vertebrae proximae fuperioris.

Fig. 12. *Intertransuerfarii dorfi.*

1 — 10. Vertebra dorfi tertia, quarta etc. 10. duodecima.
11 — 19. *Intertransuerfarii dorfi,* quorum quisque procedit a proceffu transuerfo cuiuslibet vertebrae inferioris ad eundem proceffum vertebrae proximae fuperioris.

Fig. 13. *Quadratus lumborum, ab anteriori.*

1. Vertebra dorfi duodecima.
2 — 6. Vertebrae lumborum quinque.
7. Os facrum.
8. — ilium.
9. Ligamentum peluis anticum fuperius. Vid. Tab. XXII. Fig. 1. No. 28.
10. Cofta duodecima.
11 — 13. *Quadratus lumborum.*
11. Principium tendineum, quod oritur a crifta offis ilium et a ligamento peluis antico fuperiori.
12. Extremum tendineum latum, infertum inferiori margini coftae duodecimae.
13. Extremum tendineum exile, infertum lateri corporis vertebrae dorfi duodecimae.

Fig. 14. *Quadratus lumborum, a pofteriori.*

1 — 10. Vt in priori Figura.
11 — 19. *Quadratus lumborum.*
11. Pars principii, oriens a ligamento peluis antico fuperiori et a crifta offis ilium.
12 — 15. Portiones tendineae, infertae inferiori parti proceffus transuerfi vertebrae lumborum quartae, tertiae, fecundae, primae.
16 — 19. Capita, quae tendineo principio oriuntur a fuperiori parte proceffus transuerfi vertebrae lumborum quartae, tertiae, fecundae, primae.

EXPLI-

EXPLICATIO
TABVLAE XXXVII.

Omnes Figurae ex Albini libro (*Tabulae ſceleti et muſculorum* Tab. XVI.) deſumtae et ad dimidium diminutae ſunt.

Fig. 1. *Splenius colli.*

1 — 7. Vertebrae colli ſeptem.
8 — 11. Vertebra dorſi prima, ſecunda, tertia, quarta.
12 — 17. *Splenius colli.*
12. Caput tendinoſum, quod oritur a latere proceſſus ſpinoſi vertebrae dorſi quartae.
13. Simile caput, oriens a latere eiusdem proceſſus vertebrae dorſi tertiae.
14. Venter carneus.
15. Extremum tendinoſum, inſertum proceſſui transuerſo vertebrae colli tertiae.
26. 27. Cornua duo, in quae se tendo indicis findit.
28. Apices duo, quibus haec cornua inseruntur secundae phalangi eiusdem digiti.
29. Pars tenuior, qua cornua illa sub tendine Profundi cohaerent inter se.

Vt in hoc digito, sic in tribus reliquis.

Fig. 5. *Sublimis principium.*

1 — 4. Vt in Figura praecedente.
5. Ligamentum laterale internum cubiti. (Conf. Tab. XIX. Fig. 7. No. 10.)
6. Resciſſi Sublimis portio, quae oritur a condylo interno humeri et a ligamento illo.

Fig. 6. *Interossei interni manus, ab exteriori, aut a dorso.*

1. Os metacarpi indicis.
2. — — — digiti medii.
3. — — — — annularis.
4. — — — — auricularis.
5. 6. *Interosseus internus primus*, oriens a superficie radiali corporis ossis metacarpi indicis, et tendineo extremo (6) inserens se basi primae phalangis eiusdem digiti.
7. 8. *Interosseus internus secundus*, qui oritur a superficie vlnari corporis ossis metacarpi indicis, et tendine suo (8), coniungente se cum tendine extensore indicis, decurrit ad tertiam phalangem eiusdem digiti.
9. Tendo extensor indicis, cum aponeurosi, quae ipsi accedit.
10. Tendo Lumbricalis primi.
11. 12. *Interosseus internus tertius*, qui oritur a superficie radiali corporis ossis metacarpi digiti annularis, et tendine suo (12), coniungente se cum tendine Lumbricalis tertii et Extensore digiti annularis, decurrit ad tertiam phalangem eiusdem digiti.
13. Tendo Extensoris communis ad digitum annularem pertinens, cum aponeurosi, quae ipsi accedit.
14. Tendo Interossei externi tertii.
15. 16. *Interosseus internus quartus*, qui oritur a superficie radiali corporis ossis metacarpi digiti auricularis, et tendine suo (16), coniungente se cum tendine Lumbricalis quarti et Extensoris digiti minimi, decurrit ad tertiam phalangem eiusdem digiti.
17. Tendo Extensoris digiti minimi cum aponeurosi, quae ipsi accedit.
18. Tendo communis Abductoris et Flexoris digiti minimi.

Fig. 7. *Interossei interni manus, ab interiori aut a vola.*

1 — 4. Vt in Figura praecedente.
5. 6. *Interosseus internus primus.* 6. tendo eius.
7. 8. — — — *secundus.* 8. tendo.
9. 10. — — — *tertius.* 10. tendo.
11. 12. — — — *quartus.* 12. tendo. Conf. Fig. 6.

Fig. 8. *Interossei externi manus, ab interiori aut a vola.*

1 — 4. Vt in Figura 6.
5 — 7. *Interosseus externus primus.*
5. Caput tenuius, quod a superficie vlnari corporis ossis metacarpi indicis oritur.
6. Caput crassius, quod oritur a superficie radiali corporis ossis metacarpi digiti medii.
7. Tendo, cui se adiungit tendo Lumbricalis secundi, hic truncatus, quo facto vna cum tendine Extensoris communis ad dorsum tertiae phalangis digiti medii decurrit.

8 — 10. *Interosseus externus secundus.*

8. Caput tenuius, quod oritur a superficie radiali corporis ossis metacarpi digiti annularis.
9. Caput crassius, quod oritur a superficie vlnari corporis ossis metacarpi digiti medii.
10. Tendo, qui cum tendine Extensoris communis confluit et ad dorsum tertiae phalangis digiti medii decurrit.

11 — 13. *Interosseus externus tertius.*

11. Caput tenuius, quod oritur a superficie radiali corporis ossis metacarpi digiti auricularis.
12. Caput crassius, quod oritur a superficie vlnari corporis ossis metacarpi digiti annularis.
13. Tendo, qui cum tendine Extensoris communis confluit et ad dorsum tertiae phalangis digiti annularis decurrit.

Fig. 9. *Interossei externi manus, ab exteriori, aut a dorso.*

1 — 13. Vt in Figura praecedente.

14. Tendo Extensoris communis ad digitum medium pertinens, cum aponeurosi, quae ipsi accedit.
15. Tendo Extensoris communis ad digitum annularem pertinens, cum aponeurosi, quae ipsi accedit.
16. Tendo communis Interossei interni tertii et Lumbricalis tertii.

Fig. 10. *Flexor breuis digiti minimi manus.*

1. Os nauiculare.
2. — lunatum.
3. — triquetrum.
4. — pisiforme.
5. — multangulum maius.
6. — hamatum.
7. Ligamentum carpi proprium volare. (Tab. XX. Fig. 3. No. 19).

8 — 10. *Flexor breuis digiti minimi.*

8. 9. Origo huius musculi, 8. a ligamento carpi proprio volari et 9. ab apice processus vnciformis ossis hamati.
10. Tendo, qui cum tendine Abductoris et Extensoris coniunctus ad dorsum tertiae phalangis decurrit.

Fig. 11. *Abductor digiti minimi manus.*

1. Os pisiforme.
2. Ossis hamati processus vnciformis.
3. Ligamentum carpi proprium volare.

4 — 7. *Abductor digiti minimi.*

4. 5. Origo huius musculi 4. ab interiori et posteriori parte ossis pisiformis et 5. a ligamento carpi proprio volari.
6. Tendo alter, insertus basi primae phalangis.
7. Tendo alter, qui cum tendine Flexoris breuis et Extensoris coniunctus ad dorsum tertiae phalangis decurrit.
8. Tendo Flexoris breuis, truncatus.

Fig. 12. *Indicator.*

1. Radius.
2. Vlna.
3 — 10. Ossa carpi: 3. nauiculare, 4. lunatum, 5. triquetrum, 6. pisiforme, 7. multangulum maius, 8. multangulum minus, 9. capitatum, 10. hamatum.

11 — 13. *Indicator.*

11. Origo tendinosa a media parte superficiei externae corporis vlnae et a membrana interossea cubiti.
12. Venter carneus.
13. Tendo, qui cum tendine Extensoris communis et Interossei interni secundi atque Lumbricalis primi confluit.
14. Tendo Extensoris communis truncatus. Conf. Fig. 1.
15. Interossei interni secundi tendo.
16. Lumbricalis primi tendo.

Fig. 13. *Abductor indicis manus, ab exteriori, aut a dorso.*

1. Os multangulum maius.
2. — — — — minus.
3. — metacarpi pollicis.
4. — — — indicis.

5 — 8. *Abductor indicis.*

5. Principium tendineum, oriens a superficie dorsali ossis multanguli maioris.
6. Origo a superficie vlnari corporis ossis metacarpi pollicis.
7. Portio oriens a superficie radiali corporis ossis metacarpi indicis.
8. Aponeurosis, quam coniungit cum tendine Lumbricalis primi et adiungit communi tendini

tendini Extenſorum indicis, a quo hic reſciſſa eſt.

Fig. 14. *Abductor indicis manus, ab interiori, aut a vola.*

1. Os metacarpi pollicis.
2. — — — indicis.
3. 4. *Abductor indicis.*
3. Tendinoſa principii pars.
4. Extremum tendinoſum, inſertum angulo radiali et ſuperficiei volari baſeos primae phalangis indicis.

Fig. 15. *Opponens pollicis manus.*

1. Os nauiculare.
2. — lunatum.
3. — triquetrum.
4. — piſiforme.
5. — multangulum maius.
6. — hamatum.
7. Ligamentum carpi proprium volare.
8 -- 10. *Opponens pollicis.*
8. 9. Origo huius muſculi, 8. a tuberculo oſſis multanguli maioris et 9. a ligamento carpi proprio volari.
10. Inſertio ad angulum radialem oſſis metacarpi pollicis paullo ſupra capitulum.
11. Veſtigium impreſſum ab Abductore breui pollicis.

Fig. 16. *Abductor breuis pollicis manus.*

1 — 7. Vt in praecedente Figura.
8. 9. *Abductor breuis pollicis.*
8. Origo a ligamento carpi proprio volari.
9. Extremum tendineum, quod inſertum eſt margini radiali baſeos primae phalangis pollicis et aponeuroſi ſua confluit cum tendine Extenſoris breuis et communis.
10. Tendo Extenſoris breuis pollicis, hic truncatus.
11. Tendo communis Extenſorum pollicis.
12. Portio, quam tendo Abductoris longi dat huic Abductori breui.

Fig. 17. *Abductor breuis alter pollicis manus.*

1 — 7. Vt in Figura 15.
8. 9. *Abductor breuis alter.* 8. Origo a ligamento carpi proprio volari. 9. extremum tendinoſum, inſertum margini radiali et ſuperficiei volari baſeos primae phalangis pollicis.

Fig. 18. *Abductor longus pollicis manus, ab exteriori.*

1. Radius.
2. Vlna.
3 -- 7. *Abductor longus pollicis.*
3. 4. Pars inferior, oriens 3. ab externa ſuperficie corporis vlnae, juxta ſpinam hujus oſſis, et 4. a membrana interoſſea cubiti.
5. Tendo huius partis, truncatus.
6. Pars ſuperior, oriens a ſuperficie externa corporis radii.
7. Tendo huius partis.

Fig. 19. *Abductor longus pollicis manus, ab interiori.*

1. Radius.
2. Os nauiculare.
3. — lunatum.
4. — multangulum maius.
5. — — — — minus.
6. — metacarpi pollicis.
7. — — — indicis.
8 -- 12. *Abductor longus pollicis.*
8. Pars interior, quae Supinatori longo et Radialibus externis adiacet.
9. 10. Pars ſuperior, cuius tendo 10. inſeritur oſſi multangulo maiori, et portione, quae hic truncata eſt, accedit ad Abductorem breuem pollicis.
11. 12. Pars inferior, cuius tendo 12. inſeritur parti radiali baſeos oſſis metacarpi pollicis.

Fig. 20. *Flexor breuis pollicis manus.*

1 -- 8. Oſſa carpi: 1. nauiculare, 2. lunatum, 3. triquetrum, 4. piſiforme, 5. multangulum maius, 6. multangulum minus, 7. capitatum, 8. hamatum.
9. Oſſa ſeſamoidea pollicis maiora.

10 -- 12.

10 — 12. *Flexor breuis pollicis.*

10. Pars carnea, oriens ab osse multangulo minori, capitato et hamato.

11. 12. Caudae tendineae, quorum altera 11. inferitur ossi sesamoideo, quod remotius est ab indice, 12. altera vero illi sesamoideo ossi, quod indici propius est.

Fig. 21. *Flexor longus pollicis manus.*

1 — 12. Vt in Figura 1.

13. Os metacarpi pollicis.

14. — sesamoideum pollicis, quod remotius est ab indice.

15. Phalanx prima pollicis.

16. — — secunda.

17 — 23. *Flexor longus pollicis.*

17. Origo a superiori parte superficiei internae radii, sub tuberositate huius ossis, cui accedunt fibrae a membrana interossea cubiti.

18 — 20. Portio, quae ad hunc musculum accedit, exili tendine 19. incipiens a condylo interno humeri et extremo suo tendineo 20. abiens ad ventrem musculi, cuius tendinem primum efficit.

21 — 23. Tendo ad marginem posteriorem musculi incipiens, deinde per sinum ossium carpi et 22. inter ossa sesamoidea descendens, tandemque 23. sese inserens basi secundae phalangis pollicis.

Fig. 22. *Extensor maior pollicis manus.*

1 — 10. Vt in Figura 12.

11 — 13. *Extensor maior pollicis.*

11. Origo a superficie externa corporis vlnae et a membrana interossea cubiti.

12. 13. Tendo, in quem abit, qui confluit cum tendine Extensoris minoris tandemque inferitur 13. tuberculo medio baseos secundae phalangis pollicis.

14. Tendo Extensoris minoris pollicis hic truncatus.

15. Aponeurosis, hic truncata, quae se adjungit tendini communi Extensorum pollicis ambitque membranam capsularem juncturae phalangis primae.

Fig. 23. *Extensor minor pollicis.*

1 — 10. Vt in Figura 12.

11 — 13. *Extensor minor pollicis.*

11. Principium tendineum, oriens a spina vlnae.

12. 13. Tendo, in quem abit, confluens cum tendine Extensoris maioris tandemque se inserens 13. tuberculo medio baseos secundae phalangis pollicis.

14. Tendo Extensoris maioris pollicis, hic truncatus.

15. Aponeurosis, hic truncata, membranam capsularem ambiens. Conf. Fig. 22. No. 15.

Fig. 24. *Adductor pollicis manus.*

1. Os metacarpi pollicis.

2. — — — indicis.

3. — — — digiti medii.

4. — — — — — annularis.

5. — — — — — auricularis.

6 — 8. *Adductor pollicis.*

6. 7. Origo huius musculi 6. a margine radiali baseos ossis metacarpi digiti annularis et 7. a superficie vlnari corporis ossis metacarpi digiti medii.

8. Extremum tendineum, insertum margini vlnari baseos primae phalangis pollicis.

Fig. 25. *Opponens digiti minimi manus.*

1 — 7. Vt in Figura 15.

8. 9. *Opponens digiti minimi.* 8. origo a processu vnciformi ossis hamati et a ligamento carpi proprio volari. 9. insertio ad marginem vlnarem et ad superficiem volarem corporis ossis metacarpi digiti auricularis, vsque ad capitulum huius ossis.

Fig. 26. *Palmaris longus et breuis.*

1 — 12. Vt in Figura 1.

13. Os metacarpi pollicis.

14. — — — indicis.

15. — — — digiti medii.

16. — — — — — annularis.

17. — — — — — auricularis.

18 — 20. *Palmaris longus.*

18. Principium tendineum, oriens a condylo humeri interno.
19. Tendo in quem abit.
20. Aponeurofis palmaris, in quam ille tendo dilatefcit, partem accipiens a ligamento carpi proprio volari. Haec aponeurofis in quatuor portiones a. b. c. d. ad digitos procedentes diuifa eft, inter quas ligamentula palmaria transuerfa quodammodo hic indicata funt. Tandem quatuor illarum portionum quaelibet duobus apicibus fe adnectit ligamento inter capitula offium metacarpi (Tab. XX. Fig. 4. No. 44.), quod hic inter e. f. quodammodo indicatum eft.
21. Portio truncata, quae ab illa aponeurofi ad Abductorem breuem pollicis transit.
22. 23. *Palmaris breuis*, fafciculis fuis 22. abfcedens a tendinea fuperficie mufculorum digiti minimi, feque 23. inferens aponeurofi palmari.

EXPLI-

EXPLICATIO
TABVLAE XLII.

ALBINI *Tabul. ſceleti et muſculor.* Tab. XXI. (½)

FIG. 1. *Glutaeus maximus.*

1. Os ilium.
2. — ſacrum.
3. — coccygis.
4. Linea aſpera femoris.
5. Trochanter maior.
6 — 9. *Glutaeus maximus.*
6 — 8. Origo huius muſculi, 6. a labio externo criſtae oſſis ilium in poſteriori parte huius oſſis, 7. a laterali parte ſuperficiei poſterioris oſſis ſacri et 8. ab eadem ſuperficie oſſis coccygis. Oriuntur quoque plures fibrae a ligamento poſtico longo oſſis ilium et a ligamento tuberoſo-ſacro. (Tab. XXII. Fig. 2. No. 40. 48.)
9. Tendo, in quem abit, inſerens ſe labio externo lineae aſperae femoris, ſub trochantere maiori. Alia pars huius tendinis inſeritur vaginae femoris. (Tab. XXIII. Fig. 4. No. 7.)

FIG. 2. *Glutaeus medius, a poſteriori.*

1. Os ilium.
2. Trochanter maior.
3. — — — minor.
4 — 6. *Glutaeus medius.*
4. Origo a ſuperficie externa oſſis ilium, inter criſtam et lineam ſemicircularem huius oſſis.
5. Tendo, in quem abit, oblique inſertus ſuperficiei externae trochanteris maioris, a radice eius vsque ad apicem.
6. Veſtigium a Glutaeo maximo impreſſum.

FIG. 3. *Glutaeus medius ab anteriori.*

1 — 3. Vt in Figura praecedente.
4 — 6. *Glutaeus medius:* 4. pars exterior. 5. pars interior. 6. origo a criſta oſſis ilium. 7. pars tendinea, qua tendo incipit ab interiori.

FIG. 4. *Glutaeus minimus, a poſteriori.*

1 — 3. Vt in Figura 2.
4 5. *Glutaeus minimus:* 4. origo a linea ſemicirculari externa et a ſubiacente parte oſſis ilium. 5. pars tendinea, qua tendo ab exteriori ſuperficie incipit.

FIG. 5. *Glutaeus minimus, ab anteriori.*

1 — 3. Vt in Figura 2.
4 — 7. *Glutaeus minimus:* 4. origo ab oſſe ilium. 5. pars exterior. 6. pars interior. 7. tendo, inſertus ſuperficiei externae trochanteris maioris, ab apice eius vsque ad radicem.

Fig. 6. *Piriformis, a posteriori.*

1. Os sacrum.
2. — ilium.
3. Trochanter maior femoris.
4. 5. *Piriformis*: 4. origo a spina posteriori inferiori cristae ossis ilium. 5. tendo, insertus apici fossae trochanteris maioris.

Fig. 7. *Piriformis, ab anteriori.*

1 -- 5. Vertebrae spuriae ossis sacri quinque.
6 -- 8. *Piriformis.*
6. Portio prima, principio tendineo oriens a laterali parte superficiei anterioris vertebrae spuriae secundae ossis sacri.
7. Portio secunda, simili principio oriens ab eadem parte vertebrae spuriae tertiae.
8. Portio tertia, simili modo oriens ab eadem parte vertebrae spuriae quartae.

Fig. 8. *Quadratus femoris, a posteriori.*

1. Tuberositas ossis ischii.
2. Trochanter maior femoris.
3. 4. *Quadratus femoris:* 3. principii pars tendinea. 4. extremum insertum radici trochanteris maioris et lineae intertrochantericae posteriori.

Fig. 9. *Quadratus femoris, ab anteriori.*

1. 2. Vt in praecedente Figura.
3. 4. *Quadratus femoris*, oriens 4. ab exteriori margine tuberositatis ossis ischii.

Fig. 10. *Obturator internus.*

1. Ossis ischii tuberositas.
2. — — — spina.
3. Trochanter maior femoris.
4 -- 6. *Obturator internus.* 4. origo ab ambitu foraminis obturatorii et a membrana obturatoria. 5. transitus inter spinam et tuberositatem ossis ischii. 6. tendo, insertus fossae trochanteris maioris.

Fig. 11. *Gemini.*

1 -- 3. Vt in Figura praecedente.
4. 5. *Geminus superior.*
4. Origo eius a superficie externa spinae ossis ischii.
5. Extremum tendineum insertum fossae trochanteris maioris.
6 -- 8. *Geminus inferior.*
6. Origo eius a superiori et exteriori parte tuberositatis ossis ischii.
7. Principii pars interior, oriens ab exteriori superficie ossis ischii inter spinam et tuberositatem.
8. Extremum tendineum, coniunctum cum tendine Gemini superioris et insertum fossae trochanteris maioris.

Fig. 12. *Psoas maior.*

1. Vertebra dorsi duodecima.
2 -- 6. Vertebra lumborum prima, secunda, tertia, quarta, quinta.
7 -- 9. Vertebra spuria ossis sacri prima, secunda, tertia.
10. Os pubis.
11. — ischii.
12. — ilium.
13. Trochanter maior femoris.
14. — — minor.
15 -- 20. *Psoas maior.*
15. Caput primum, principio tendineo oriens ab inferiori et laterali parte corporis vertebrae dorsi duodecimae et a cartilagine interuertebrali proxime inferiori.
16. Capitis secundi principium tendineum, oriens ab eadem parte corporis vertebrae lumborum primae et a cartilagine interuertebrali proxime inferiori.
17. Capitis tertii simile principium, oriens ab eadem parte corporis vertebrae lumborum secundae et a cartilagine interuertebrali proxime inferiori.
18. Capitis quarti simile principium, oriens ab eadem parte corporis vertebrae lumborum tertiae et a cartilagine interuertebrali proxime inferiori.
19. Capitis quinti simile principium, oriens ab eadem parte corporis vertebrae lumborum quartae et a cartilagine interuertebrali proxime inferiori.
20. Tendo, in quem abit, trochanteri minori insertus.
21. Hinc rescissa est caro Iliaci interni.

Fig. 13. *Psoae maioris capita, truncata.*

1 — 6. Vt in Figura praecedente.
7 — 11. Capita quinque, quae principio tendineo oriuntur a corporibus vertebrarum et a cartilaginibus interuertebralibus. 7. a vertebra dorsi duodecima et cartilagine interuertebrali proxime inferiori. 8. a

ver-

vertebra lumborum prima et cartilagine proxime inferiori. 9. a vertebra lumborum ſecunda et cartilagine proxime inferiori. 10. a vertebra lumborum tertia et cartilagine proxime inferiori. 11. a vertebra lumborum quarta et cartilagine proxime inferiori. Conf. Fig. 12. No. 15 — 19.

12 -- 16. Capita quinque, quae tendineo principio oriuntur ab anteriori et inferiori parte proceſſuum transuerſorum vertebrarum lumborum. 12. a proceſſu transverſo primae. 13. ſecundae. 14. tertiae. 15. quartae. 16. quintae. — Reſciſſa ſunt omnia, quibus haec capita obtecta erant.

Fig. 14. *Iliacus internus.*

1. Vertebra lumborum quinta.
2 -- 4. Vertebra ſpuria oſſis ſacri prima, ſecunda, tertia.
5. Os ilium.
6. Ligamentum peluis anticum ſuperius. Conf. Tab. XXII. Fig. 1. No. 28.
7. Os pubis.
8. — iſchii.
9. Trochanter maior femoris.
10 -- 14. *Pſoas maior.*
10. 11. Origo huius muſculi 10. a proceſſu transuerſo vertebrae lumborum quintae et a ligamento peluis antico ſuperiori, 11. ab ambitu et interna ſuperficie oſſis ilium: accedunt quoque fibrae a margine acetabuli et a membrana capſulari femoris.
12. Fibrae, quae ad tendinem huic muſculo et Pſoae maiori communem accedunt.
13. Fibrae, quae trochanteri minori inferuntur.
14. Tendo communis Iliaci interni ac Pſoae maioris.
15. Hinc reſciſſus eſt Pſoas maior.

Fig. 15. *Pſoae maioris et Iliaci interni extremum, a poſteriori.*

1. Collum femoris.
2. Trochanter maior.
3. Pars Iliaci interni.
4. Tendo communis Pſoae maioris et Iliaci interni, inſertus trochanteri minori eumque quaſi comprehendens.

Fig. 16. *Pſoas minor.*

Albin. lib. cit. Tab. XV. Fig. 14.

1. Vertebra dorſi duodecima.
2 -- 6. Vertebrae lumborum quinque.
7. Os ſacrum.
8. — ilium.
9. Oſſis pubis ramus ſuperior.
10 -- 14. *Pſoas minor.*
10. Principium tendineum, oriens a laterali parte marginis inferioris corporis vertebrae dorſi duodecimae et vertebrae lumborum primae, nec non ab eadem parte cartilaginis interuertebralis interjectae.
11. Principium tendineum alterum, oriens a laterali parte marginis inferioris corporis vertebrae lumborum primae et cartilaginis proxime inferioris.
12. Venter carneus.
13. 14. Tendo deſcendens juxta Pſoam magnum et 14. ſe inferens ſuperiori parti radicis rami ſuperioris oſſis pubis.

Reſecta eſt aponeuroſis, quae ab hoc tendine abscedens Pſoam maiorem et Obturatorem internum obtegit.

Fig. 17. *Adductor magnus femoris, ab anteriori.*

1. Oſſis pubis ramus inferior.
2. — iſchii ramus adſcendens.
3. — — — — deſcendens.
4. Oſſis femoris corpus.
5. — — — trochanter minor.
6. — — — — — maior.
7. — — — condylus internus.
8. — — — — — externus.
9 -- 15. *Adductor magnus femoris.*
9. 10. Origo 9. a ſuperficie externa rami inferioris oſſis pubis et 10. rami adſcendentis oſſis iſchii.
11 -- 13. Partes inter ſe leuiter, et maxime fibrarum decurſu, diſtinctae: hae ſimul efficiunt extremum ſuperius, lineae aſperae femoris per longitudinem inſertum.
14. Pars magis diſtincta, abiens deinde in extremum inferius, quod ad condylum internum pertinet.
15. Tendo e carne naſcens.

Fig. 18. *Adductor magnus femoris, a posteriori.*

1 — 8. Vt in Figura praecedente.
9. Tuberositas ossis ischii.
10. Linea aspera femoris.
11 — 18. *Adductor magnus femoris.*
11. Origo tendinosa a tuberositate et a ramo adscendente ossis ischii.
12. Tendinea pars per carnem excurrens.
13. Pars e priore parte veniens, vbi per altitudinem ossis pubis oritur.
14. Extremum latum, quod fine aliquantum tendinoso insertum est lineae asperae femoris.
15. 16. Extremum inferius, quod in tendinem 16. abit, insertum superiori parti condyli interni femoris.
17. Vestigium a Glutaeo maximo impressum.
18. Tota haec pars concaua est, ob vestigium impressum a Semimembranoso et Semitendinoso.

EXPLICATIO

TABVLAE XLIII.

Albini *Tabulae sceleti et musculorum* Tab. XXII. (½)

Fig. 1. Adductor breuis femoris, ab anteriori.

1. Ossis pubis ramus superior.
2. — — — — inferior.
3. Synchondrosis ossium pubis.
4. Ossis ischii ramus adscendens.
5. — — — — descendens.
6. Os femoris.
7. 8. *Adductor breuis femoris.*
7. Caput extrinsecus tendinosum, oriens a superficie externa rami inferioris ossis pubis et a synchondrosi.
8. Extremum tendinosum.

Vestigia a Pectineo et Adductore longo femoris impressa sunt.

Fig. 2. Adductoris breuis femoris extremum, a posteriori.

1. Os femoris.
2. Linea aspera huius ossis.
3. Trochanter minor.
4 -- 7. *Adductor breuis femoris.*
4. Pars carnea truncata, ad extremum tripartita.
5 -- 7. Portiones tendineae tres, insertae labio interno lineae asperae femoris.

Fig. 3. Adductor longus femoris, ab anteriori.

1 — 3. Vt in Figura 1.
4. Tuberculum ossis pubis.
5. Ossis ischii ramus descendens.
6. Os femoris.
7. 8. *Adductor longus femoris.*
7. Principium tendineum, oriens a superficie externa rami inferioris ossis pubis, nec non a tuberculo ossis pubis et a synchondrosi.
8. Pars tendinosa extremi.

Fig. 4. Adductoris longi femoris extremum, a posteriori.

1. 2. Vt in Figura 2.
3. 4. *Adductor longus.*
3. Pars carnea truncata.
4. Extremi pars tendinea inserta mediae parti lineae asperae femoris.

Fig. 5. Pectineus, ab anteriori.

1. Ossis pubis tuberculum.
2. — — ramus inferior.
3. Synchondrosis ossium pubis.
4. Ossis ischii ramus adscendens.
5. Os femoris.
6 -- 8. *Pectineus.*
6. 7. Origo huius musculi, 6. a crista et superficie externa rami superioris ossis pubis atque 7. a tuberculo huius ossis.
8. Extremum tendinosum.

Fig. 6. *Pectinei extremum, a posteriori.*

1 -- 3. Vt in Figura 2.
4. 5. *Pectineus.*
4. Pars carnea truncata.
5. Extremum tendineum, insertum superiori parti labii interni lineae asperae femoris.

Fig. 7. *Obturator externus, ab anteriori.*

1. 2. Vt in Figura 1.
3. Ossis ischii ramus adscendens.
4. — — — — descendens.
5. Ossis femoris trochanter maior.
6. — — — — — minor.
7. 8. *Obturator externus.*
7. Principium tendinosum, oriens ab ambitu foraminis obturatorii.
8. Venter carneus.

Fig. 8. *Obturator externus, a posteriori.*

1. Ossis pubis ramus inferior.
2. — ischii ramus descendens.
3. — — — — adscendens.
4. — — tuberositas.
5. Ossis femoris trochanter maior.
6. — — — — — minor.
7. 8. *Obturator externus.*
7. Pars quae foramen obturatorium obtegit.
8. Tendo, insertus fossae trochanteris maioris.

Fig. 9. *Biceps femoris et Semitendinosus, ab anteriori.*

1. Ossis ischii ramus descendens.
2. — — — — adscendens.
3. — femoris corpus.
4. — — — condylus internus.
5. — — — — — externus.
6. Tibiae condylus internus.
7. — — — — externus.
8. Fibulae capitulum.
9. Patella.
10. Cartilago lunata interna.
11. — — — externa.
12 -- 16. *Biceps femoris.*
12. 13. Caput longum. 13. tendo, quo incipit, quique per eius principium, ab ea parte qua contingit Semitendinosum, diu excurrit.
14. Caput breue.
15. 16. Tendo extremus, cuius pars praecipua 15. exteriori parti capituli fibulae inserta est, minor vero 16. condylo externo tibiae adhaeret.
17 -- 20. *Semitendinosus.*
17. Tendinea pars principii, quae coniuncta est cum principio tendineo capitis longi Bicipitis.
18. Venter carneus.
19. 20. Tendo in quem abit, insertus 20. tibiae juxta inferiorem partem tuberositatis huius ossis, mox infra Gracilem.

Fig. 10. *Biceps femoris et Semitendinosus, a posteriori.*

1. Ossis ischii ramus adscendens.
2. — — — — descendens.
3. — — tuberositas.
4. Ossis femoris corpus.
5. — — — condylus internus.
6. Fossa condylorum posterior.
7. Tibiae condylus internus.
8. — — — — externus.
9. Fibulae capitulum.
10. Cartilago lunata interna.
11. — — — — externa.
12 -- 17. *Biceps femoris.*
12. 13. Caput longum. 13. tendo, quo incipit, oriens a superiori et posteriori parte tuberositatis ossis ischii, a principio conjunctus cum tendineo principio Semitendinosi.
14. Caput breue.
15 -- 17. Tendo communis, in quem desinunt duo capita, oriens primum 15. e superficie carnis capitis longi, auctus deinde 16. accessione capitis breuis, tandemque extremo suo insertus 17. capitulo fibulae.
18 -- 20. *Semitendinosus.*
18. Principium, fibris carneis ac tendineis oriens a superiori et exteriori parte tuberositatis ossis ischii, vna cum principio tendineo Semitendinosi.
19. Venter carneus.
20. Tendo, in quem abit.
21. Vestigium a Glutaeo maximo impressum.

Fig. 11. *Bicipitis femoris caput breue et Semimembranosus, a posteriori.*

1 -- 11. Vt in praecedente Figura. 4. ossis femoris linea aspera.
12 -- 16. *Bicipitis femoris* caput breue.
12. 13. Pars carnea huius capitis, oriens 13. a labio externo lineae asperae femoris. Oritur

Oritur et a ſepimento tendineo, quod ipſi Vaſtoque externo interiectum eſt.

14. Reſciſſa pars tendinis, quae a capite longo oritur.

15. Pars tendinis, quae augetur acceſſione carnis capitis breuis.

16. Extremus tendo, inſertus capitulo fibulae.

17 -- 21. *Semimembranoſus.*

17. Principium tendineum, oriens a ſuperiori et poſteriori parte tuberoſitatis oſſis iſchii.

18. Venter carneus.

19. Caudae tendineae ortus ex carne.

20. Aponeuroſis poſterior, inſerta ſuperficiei poſteriori radicis condyli interni tibiae.

21. Extremum tendineum, inſertum angulo interno tibiae, ſub condylo interno.

Fig. 12. *Semimembranoſus, ab anteriori.*

1 -- 11. Vt in Figura 9.

12 -- 14. *Semimembranoſus.*

12. Tendo, quo incipit.

13. Caudae tendineae ortus ex carne.

14. Extremum tendineum, inſertum angulo interno tibiae, ſub condylo interno.

EXPLICATIO TABVLAE XLIV.

ALBINI *Tabul. ſceleti et muſculor.* Tab. XXIII. (½)

FIG. 1. *Rectus femoris, ab anteriori.*

1. Tendinis ſuperioris pars praecipua oriens a ſpina anteriori inferiori criſtae oſſis ilium.
2. Pars altera huius tendinis. Conf. Fig. 2. No. 2.
3. Pars aliquamdiu tendinoſa ventris.
4. Pars ventris, quae carnea et pennata eſt.
5. Tendo inferior inſertus patellae.
6. Ligamentum patellae cum quo confluit tendo inferior.
7. Tuberoſitas tibiae ad quam deſinit illud ligamentum. Conf. Tab. XXIV. Fig. 5. No. 12.

Oſſa facile cognoſcentur ex praecedente Tabula.

FIG. 2. *Rectus femoris, a latere.*

1. Tendinis ſuperioris pars praecipua. Conf. Fig. 1. No. 1.
2. Altera pars huius tendinis, quae oritur a ſuperiori et poſteriori parte marginis acetabuli et membranam capſularem femoris ſuperne roborat.
3. Pars tendinoſa ventris.
4. — carnea ventris.
5. Tendo inferior truncatus ex interiori ſuperficie muſculi incipiens.

FIG. 3. *Sartorius.*

1. Tendo ſuperior oriens a parte inferiori ſpinae anterioris ſuperioris criſtae oſſis ilium.
2. Venter carneus.
3. Tendo inferior.
4. Locus vbi deſinit juxta tuberoſitatem tibiae.

FIG. 4. *Tenſor vaginae femoris.*

1. Tendo oriens ab inferiori parte ſpinae anterioris ſuperioris criſtae oſſis ilium.
2. Venter carneus.
3. Pars quae deſinit in vaginam femoris et ab illa reſciſſa eſt.

FIG. 5. *Gracilis.*

1. Tendo ſuperior oriens a ſuperficie externa rami inferioris oſſis pubis juxta ſynchondroſin.
2. Venter carneus.
3. Veſtigium ab Adductore longo impreſſum.
4. Tendo inferior.
5. Locus vbi deſinit ad tuberoſitatem tibiae.

FIG. 6. *Vaſtus internus et externus, a poſteriori.*

1 -- 3. *Vaſtus internus.* 1. origo ſub trochantere minori. 2. ſuperficies tendinea. 3. pars carnea.

4 -- 7. *Vaſtus externus.* 4. origo ſub trochantere maiori. 5. ſuperficies tendinea. 6. veſtigium a glutaeo maximo impreſſum. 7. pars carnea.

8. Linea

8. Linea aſpera femoris: cuius labio interno adhaeret Vaſtus internus, externo autem Vaſtus externus.

Fig. 7. *Vaſtus internus et externus cum Crurali.*

1 -- 4. *Vaſtus internus.* 1. origo ſub trochantere minori. 2. tendo inſertus margini interiori patellae. 3. veſtigium a Recto femoris impreſſum. 4. venter carneus.

5 -- 8. *Vaſtus externus.* 5. origo tendinea ſub trochantere maiori et a linea intertrochanterica anteriori. 6. tendo inſertus demum margini exteriori patellae. 7. veſtigium a Recto femoris impreſſum. 8. venter carneus.

9. 10. *Cruralis.* 9. ſummus ortus a linea intertrochanterica anteriori. 10. tendo ab anteriori parte naſcens, cui Vaſti ſe adiungunt.

Fig. 8. *Subcruralis.*

Albini *Academ. annotat.* Lib. IV. Tab. V. Fig. 4.

1. Origo pluribus faſciculis aut capitibus conſtans, ab inferiori parte ſuperficiei anterioris femoris.
2. 3. Caudae duae, in quas exit.
4. Membrana capſularis genu, cui admiſcentur fibrae tendineae caudarum.
5. 6. Cartilagines lunatae.
7. Ligamentum patellae.

Fig. 9. *Popliteus.*

1. Tendo oriens ab aſperiori parte condyli externi femoris.
2. Pars carnea.
3. Pars tendinea, quae deſinit ad ſuperiorem partem anguli interni tibiae, ſupra originem muſculi Solei, ad lineam obliquam tibiae.

EXPLICATIO
TABVLAE XLV.

ALBINI *Tabul. sceleti et musculor.* Tab. XXIV. (½)

FIG. 1. *Peroneus breuis, a posteriori.*

1. Fibula.
2. Tibia.
3. Talus.
4. Calcaneus.
5. Os cuboideum.
6. — metatarsi quintum.
7 — 11. *Peroneus breuis.*
7. 8. Origo 7. a superficie externa et 8. ab angulo externo corporis fibulae.
9 — 11. Tendo, qui versus malleolum externum se inflectit ac per sulcum eius transit, tandemque 10. se inserit tuberositati ossis metatarsi quinti.
11. Nodus huius tendinis.

FIG. 2. *Peroneus breuis, ab anteriori.*

1. 2. Vt in Figura praecedente.
3. 4. *Peronei breuis* origo 3. a superficie externa et 4. ab angulo externo corporis fibulae.

FIG. 3. *Peroneus longus, a posteriori.*

1 — 6. Vt in Figura 1.
7 — 12. *Peroneus longus.*
7. 8. Principium, oriens 7. a laterali et anteriori parte radicis capituli fibulae et 8. a superficie externa corporis huius ossis.
9 — 12. Tendo, cuius 10. nodus primus, qua transit per sulcum malleoli externi, 11. secundus, qua descendit juxta eminentiam lateris externi calcanei, 12. tertius, qua se flectit ad superficiem plantarem ossis cuboidei.

FIG. 4. *Peroneus longus, ab anteriori.*

1. 2. Vt in Figura 1.
3 — 7. *Peroneus longus.*
3 — 5. Origo 3. a laterali et anteriori parte radicis capituli fibulae, 4. a condylo externo tibiae, atque 5. a superficie externa corporis fibulae.
6. Vestigium ab Extensore longo digitorum impressum.
7. Pars interior, sinuata, cui Peroneus breuis insidet.
8. Tendo, in quem abit.

FIG. 5. *Peronei longi extremum in planta pedis.*

1. Calcaneus.
2. Talus.
3. Os nauiculare.
4. — cuboideum.
5. — cuneiforme primum.
6. — — — secundum.

7. Os

7. Os cuneiforme tertium.
8 — 12. Offa metatarfi quinque.
13 — 17. Tendo Peronei longi.
13. Nodus, qui eft iuxta eminentiam lateris externi calcanei. Fig. 3. No. 11.
14. Nodus infignior, qui fe flectit ad eminentiam obliquam offis cuboidei. Fig. 3. No. 12.
15. Infertio tendinis ad tuberofitatem bafeos offis metatarfi primi.
16. Portio abscedens ad bafin offis metatarfi fecundi.
17. Alia portio, quae in duas partes diuifa et exteriori parti bafeos offis cuneiformis primi inferta eft.

Fig. 6. *Tibialis anticus.*

1 — 4. Vt in Figura 1.
5. Os nauiculare.
6. — cuneiforme primum.
7. — — — fecundum.
8. — — — tertium.
9. Os metatarfi primum.
10. — — — fecundum.
11 — 14. *Tibialis anticus.*
11. Origo a fuperficie externa tibiae.
12. 13. Pars vaginae cruris (Tab. XXIII. Fig. 3. No. 8.) quae refciffa eft 13. vbi non amplius cohaeret cum Tibiali.
14. Tendo, in quem abit.

Fig. 7. *Tibialis antici extremum in planta pedis.*

1. Os cuneiforme primum.
2. — metatarfi primum.
3. Extremum tendinis Tibialis antici, inferens fe interiori parti bafeos offis cuneiformis et metatarfi primi.

Fig. 8. *Soleus, ab anteriori.*

1. 2. Vt in Figura 1.
3 — 11. *Soleus.*
3 — 5. Origo 3. a capitulo et a fuperficie pofteriori corporis fibulae, 4. a linea obliqua et 5. ab angulo interno tibiae.
6. Superficies tendinofae longe excurrentes.
7. Pars tendinea intermedia, ad quam carnes ex vtroque latere accedunt.
8. 9. Carnes, quae ex vtroque latere defcendendo ad tendinem intermedium accedunt.
10. 11. Tendo, in quem mufculus abit, refciffus 11. a calcaneo.

Truncata eft maior pars tibiae ac fibulae.

Fig. 9. *Soleus, a pofteriori.*

1 — 4. Vt in Figura 1.
5 — 12. *Soleus.*
5. 6. Origo 5. a capitulo fibulae et 6. a linea obliqua fuperficiei pofterioris tibiae.
7. Superficies tendinofa, qua tendo incipit.
8. Nota incifurae, ubi intus in carne pars tendinea intermedia eft. (Fig. 8. No. 7).
9. Tendo, in quem abit.
10. Hinc refciffus eft tendo Gaftrocnemiorum.
11. 12. Tendo Achillis, infertus 12 pofteriori parti tuberofitatis calcanei.

Fig. 10. *Gaftrocnemii.*

1. Offis femoris corpus, truncatum.
2. — — — condylus externus.
3. — — — — — internus.
4. Fibula.
5. Tibia.
6. Talus.
7. Calcaneus.
8 — 11. *Gaftrocnemius internus.*
8. 9. Principium tendineum, cuius tenuior pars 8. oritur ab inferiori parte fuperficiei pofterioris corporis offis femoris, craffior vero pars 9. a pofteriori fuperficie condyli interni femoris.
10. Superficies tendinofa.
11. Pars carnea.
12 — 14. *Gaftrocnemius externus.*
12. Principium tendineum, oriens a pofteriori fuperficie condyli externi et ab inferiori parte corporis offis femoris.
13. Superficies tendinofa.
14. Pars carnea.
15. Tendo communis Gaftrocnemiorum, qui fe tendini Solei adiungit.
16. Tendo Solei refciffus.
17. 18. Tendo Achillis, infertus 18. pofteriori parti tuberofitatis calcanei.

Fig. 11. *Plantaris.*

1 — 7. Vt in Figura praecedente.
8 — 11. *Plantaris.*
8. Origo ab excauatione corporis offis femoris, paullo fupra condylum externum.
9. Venter carneus.

10. 11.

10. 11. Tendo, in quem abit, infertus 11. interiori et fuperiori parti tuberofitatis calcanei.

Fig. 12. *Tibialis pofticus, a pofteriori.*

1. Tibia.
2. Fibula.
3. Talus.
4 — 8. *Tibialis pofticus.*
4. 5. Principium tendineum, oriens 4. a fuperficie pofteriori corporis tibiae, fub linea obliqua, et 5. a pofteriori parte fuperficiei internae corporis fibulae.
6. Superficies tendinofa partis illius, quae a fibula oritur.
7. 8. Tendo, hac parte ex carne oriens et 8. per fulcum malleoli interni transiens.

Fig. 13. *Tibialis poftici tendo, ab anteriori.*

1. Tibia.
2. Malleolus internus.
3 — 9. Vt in Figura 6.
10. Pollicis phalanx prima.
11. — — — — fecunda.
12. Tendo Tibialis poftici pone malleolum internum defcendens.
13. 14. Infertio huius tendinis 13. ad tuberofitatem offis nauicularis et 14. ad bafin offis cuneiformis primi.

Fig. 14. *Tibialis poftici tendo in planta pedis.*

1. Hic truncatus eft tendo.
2. Nodus huius tendinis.
3. 4. Pars praecipua tendinis, inferta tuberofitati offis nauicularis et bafi offis cuneiformis primi.
5 — 9. Pars tenuior tendinis, inferta 6. apici offis cuneiformis tertii, et excurrens ad latus externum bafeos 7. offis metatarfi fecundi et 8. tertii.
9. Hinc refciffa eft portio, quam dat Flexori breui pollicis.
10 — 12. Alia tendinis portio, inferta 11. fuperficiei inferiori proceffus anterioris calcanei et 12. eidem fuperficiei offis cuboidei.

Offa cognofcentur ex Figura 5.

EXPLICATIO

TABVLAE XLVI.

ALBINI *Tabul. sceleti et musculor.* Tab. XXV. (½)

FIG. 1. *Extensor longus digitorum pedis cum Peroneo tertio, a latere.*

1. Tibia.
2. Fibula.
3. Talus.
4. Calcaneus.
5. Os nauiculare tarsi.
6. — cuboideum.
7. — cuneiforme primum.
8. — — — secundum.

9 — 13. Ossa metatarsi quinque.

14 — 19. *Extensor longus digitorum pedis* et *Peroneus tertius*, qui coniuncti sunt.

14. 15. Prima pars principii, oriens 14. a radice condyli externi tibiae et 15. ab anteriori parte capituli fibulae.

16. Principii pars altera, tendinea, oriens ab anteriori parte superficiei internae corporis fibulae.

17. Principii pars tertia, tendinea, oriens ab anteriori parte superficiei internae et ab angulo anteriori corporis fibulae: accedunt quoque fibrae a membrana interossea cruris.

18. Pars vaginae cruris (Tab. XXIII. Fig. 4. No. 8.), a qua subtus caro principii (14. 15.) procedit.

19. Hinc rescissa est pars illa vaginae cruris, vbi nulla amplius abscedit caro.

20. *Extensoris longi digitorum* tendo, qui se deinde findit in quatuor tendines a. b. c. d. ad digitos quatuor minores decurrentes.

21. 22. Extremum tendinis Extensoris longi digitorum ad digitum minimum pertinentis, cuius media pars 21. inseritur basi phalangis secundae, concursus 22. duorum crurum lateralium vero basi tertiae phalangis.

Vt in hoc digito, sic in tribus reliquis.

23. Pars truncati tendinis Abductoris digiti minimi, ad extremum tendinis Extensoris d. accedentis.

Ad reliquos tendines tres Extensoris (a. b. c.) accedunt tendines Extensoris breuis digitorum, qui hic truncati sunt.

24. Aponeurosis a tendine Extensoris abscedens.

Vt in hoc digito, sic in tribus reliquis.

25. 26. *Peronei tertii* tendo, e carne oriens, insertusque 26. parti interiori superficiei dorsalis baseos ossis metatarsi quinti.

FIG. 2. *Extensor breuis digitorum pedis.*

1. Tibia.
2. Fibula.

Reliqua ossa cognoscentur ex Figura 1.

3 — 11. *Extensor breuis digitorum pedis.*

3. Origo ab externa superficie processus anterioris calcanei.

4. 5. Portio ad pollicem pertinens. 5. tendo, insertus superficiei dorsali baseos primae phalangis.

6. 7. Portio ad digitum secundum pertinens, 7. tendo, confluens cum tendine Extensoris longi, qui hic truncatus est.

8. 9. Portio ad digitum tertium pertinens. 9. tendo, confluens cum tendine Extenſoris longi, qui hic truncatus eſt.

10. 11. Portio ad digitum quartum pertinens 11. tendo, confluens cum tendine Extenſoris longi, qui hic truncatus eſt.

Conf. Fig. 1.

Fig. 3. *Interoſſei externi pedis, a dorſo pedis ſpectati.*

1 — 5. Oſſa metatarſi quinque.

6. Os cuneiforme primum.

7 — 9. *Interoſſeus externus primus.* 7. caput craſſius, oriens ab interna ſuperficie corporis oſſis metatarſi ſecundi. 8. caput tenuius, principio tendineo oriens ab exteriori et anteriori parte apicis oſſis cuneiformis primi. 9. tendo inſertus tuberculo laterali interno baſeos primae phalangis digiti ſecundi.

10 — 12. *Interoſſeus externus ſecundus.* 10. caput craſſius, oriens a ſuperficie interna corporis oſſis metatarſi tertii. 11. caput tenuius, oriens a ſuperficie externa corporis oſſis metatarſi ſecundi. 12. tendo, inſertus tuberculo laterali externo baſeos primae phalangis digiti ſecundi.

13 — 15. *Interoſſeus externus tertius.* 13. caput craſſius, oriens a ſuperficie interna corporis oſſis metatarſi quarti. 14. caput tenuius, oriens a ſuperficie externa corporis oſſis metatarſi tertii. 15. tendo, inſertus tuberculo laterali externo baſeos primae phalangis digiti tertii.

16 — 18. *Interoſſeus externus quartus.* 16. caput craſſius, oriens a ſuperficie interna corporis oſſis metatarſi quinti. 17. caput tenuius, oriens a ſuperficie externa corporis oſſis metatarſi quarti. 18. tendo, inſertus tuberculo laterali externo baſeos primae phalangis digiti quarti.

Add. Fig. 4.

Fig. 4. *Interoſſei externi pedis, a planta ſpectati.*

1 — 5. Vt in Figura praecedente.

6. 7. *Interoſſeus externus primus.* 6. caput craſſius, oriens ab interna ſuperficie corporis oſſis metatarſi digiti ſecundi. 7. tendo, inſertus tuberculo laterali interno baſeos primae phalangis digiti ſecundi.

8. 9. *Interoſſeus externus ſecundus.* 8. caput, oriens a ſuperficie interna corporis oſſis metatarſi ſecundi. 9. tendo, inſertus tuberculo laterali externo baſeos primae phalangis digiti ſecundi.

10. 11. *Interoſſeus externus tertius.* 10. caput, oriens a ſuperficie externa corporis oſſis metatarſi tertii. 11. tendo, inſertus tuberculo laterali externo baſeos primae phalangis digiti tertii.

12. 13. *Interoſſeus externus quartus.* 12. caput, oriens a ſuperficie externa corporis oſſis metatarſi quarti. 13. tendo, inſertus tuberculo laterali externo baſeos primae phalangis digiti quarti.

Adde Fig. 3.

Fig. 5. *Interoſſei interni pedis, a planta.*

1 — 4. Os metatarſi ſecundum, tertium, quartum, quintum.

5. 6. *Interoſſeus internus primus.* 5. origo ab interna ſuperficie corporis oſſis metatarſi tertii. 6. tendo, inſertus tuberculo laterali interno baſeos primae phalangis digiti tertii.

7. 8. *Interoſſeus internus ſecundus.* 7. origo ab interna ſuperficie corporis oſſis metatarſi quarti. 8. tendo, inſertus tuberculo laterali interno baſeos primae phalangis digiti quarti.

9. 10. *Interoſſeus internus tertius.* 9. origo ab interna ſuperficie corporis oſſis metatarſi quinti. 10. tendo, inſertus tuberculo laterali interno baſeos primae phalangis digiti minimi.

Fig. 6. *Flexor breuis digitorum pedis.*

1. Origo ab anteriori parte tuberoſitatis calcanei.

2. Superficies tendinoſa, quae cohaeret cum aponeuroſi plantari (Tab. XXV. Fig. 3).

3 — 7. Portio ad digitum ſecundum pertinens. 4. tendo eius, diuiſionis notam habens. 5. 6. crura huius tendinis, cohaerentia inter ſe 7. per tenuiorem partem, ac demum inſerta ſuperficiei plantari ſecundae phalangis.

8. 9. Portio ad digitum tertium pertinens. 9. tendo eius.

10. 11. Portio ad digitum quartum pertinens. 11. tendo eius.

12. Tendo ad digitum minimum pertinens.

Tendines 9. 11. 12. deſinunt vt tendo portionis primae.

Oſſa cognoſcentur ex Figura 14.

Fig. 7. *Flexor longus digitorum pedis, a posteriori.*

1 — 4. Vt in Figura 1.
5 — 8. *Flexor longus digitorum pedis.*
5. 6. Principium tendineum oriens 5. a superficie posteriori corporis tibiae et 6. a membrana interossea cruris.
7. Pars, quae subiacet Tibiali postico.
8. Tendo.

Fig. 8. *Flexor longus digitorum pedis, ab anteriori.*

1 — 5. Vt in Figura 1.
6. Os cuneiforme primum.
7. — metatarsi pollicis.
8 — 10. *Flexor longus digitorum pedis.*
8. Origo ab angulo interno tibiae.
9. 10. Tendo 9. e carne oriens et 10. ad plantam pedis sese flectens.
11. Pars carnis quadratae Sylvii, ad hunc tendinem accedens.

Fig. 9. *Flexor longus digitorum pedis cum carne quadrata* Sylvii *et Lumbricalibus ac tendine Flexoris longi pollicis, in planta.*

1 — 14. *Flexor longus digitorum pedis.*
1. 2. Tendo huius musculi. 2. nodus eius, vbi se ad calcaneum adterit.
3. Portio, quam dat tendini Flexoris longi pollicis.
4 — 6. *Caro quadrata* Sylvii, seu caput secundum Flexoris longi digitorum, duabus a principio portionibus constans, quarum altera 5. oritur ab inferiori superficie corporis calcanei, altera 6. tenui tendine incipit a ligamento plantari longo inter calcaneum et os cuboideum (Tab. XXV. Fig. 4. No. 20.), quod hic plane rescissum est.
7 — 14. Quatuor tendines 7 — 10. in quos tendo Flexoris longi digitorum abit. Hi decurrunt ad digitos quatuor minores ac per longitudinem quodammodo fissi sunt, tandemque sese inserunt tertiae phalangi 11. digiti secundi, 12. tertii, 13. quarti, 14. quinti.
15. 16. *Lumbricalis primus*, oriens a tendine primo et secundo Flexoris longi digitorum. 16. tendo, in quem abit.
17. 18. *Lumbricalis secundus*, oriens ex angulo tendinis primi et secundi Flexoris longi digitorum. 18. tendo, in quem abit.
19. 20. *Lumbricalis tertius*, oriens a tendine secundo et tertio Flexoris longi digitorum. 20. tendo, in quem abit.
21. 22. *Lumbricalis quartus*, oriens a tendine tertio et quarto Flexoris longi digitorum. 22. tendo, in quem abit.
23 — 25. *Flexoris longi pollicis* tendo, qui, accepta portione (3) tendinis Flexoris longi digitorum auctus, decurrit ad pollicem, per longitudinem 24. quodammodo fissus, tandemque 25. inseritur basi secundae phalangis pollicis.
Ossa cognoscentur ex Figura 14.

Fig. 10. *Flexor longus pollicis pedis.*

1 — 4. Vt in Figura 1.
5 — 7. *Flexor longus pollicis pedis.*
5. Origo a superficie posteriori corporis fibulae.
6. Concursus fibrarum ab vtroque latere descendentium.
7. Tendo, in quem abit.

Fig. 11. *Extensor longus pollicis pedis, a latere.*

1 — 8. Vt in Figura 1.
9. Os cuneiforme tertium.
10 — 14. Ossa metatarsi quinque.
15 — 19. *Extensor longus pollicis pedis.*
15. 16. Origo 15. ab anteriori parte superficiei internae corporis fibulae et 16. a membrana interossea cruris.
17. Pars tendinea principii.
18. 19. Tendo, in quem abit, insertus 19. tuberculo medio superficiei dorsalis secundae phalangis pollicis.
20. Aponeurosis quae a membrana capsulari juncturae phalangis primae ad hunc tendinem accedit a latere externo. Eam, quae a latere interno accedit, vid. Fig. 13. No. 15.

Fig. 12. *Abductor pollicis pedis cum Flexore breui, ab inferiori.*

1 — 3. *Abductor pollicis pedis.*
1. Principium tendinosum, oriens a tuberculo maiori tuberositatis calcanei et cohaerens cum aponeurosi plantari, quae hic rescissa est.
2. 3. Tendo, inserens se 3. ossi sesamoideo interno et tuberculo laterali interno baseos primae phalangis pollicis.

4 — 9. *Flexor breuis pollicis pedis.*

4. Principium tendineum longius, oriens ab inferiori ſuperficie proceſſus anterioris calcanei.
5. Principium tendineum breuius, oriens ab apice oſſis cuneiformis tertii.
6. Pars illius portionis aponeuroſeos plantaris, quae abit in principium Flexoris breuis pollicis.
7. Pars Flexoris breuis, quae pertinet ad os ſeſamoideum internum et accedit ad tendinem Abductoris.
8. 9. Pars, quae pertinet ad os ſeſamoideum externum, tendine ſuo 9. confluens cum tendine Adductoris pollicis et Transuerſalis pedis.
10. Hinc reſciſſus eſt Adductor pollicis et Transuerſalis pedis.

Oſſa cognoſcentur ex Figura 14.

Fig. 13. *Abductor pollicis pedis cum Flexore breui, a latere.*

1 — 5. Vt in Figura 1.
6. Os cuneiforme primum.
7. — metatarſi primum.
8. Pollicis phalanx prima.
9. — — — — ſecunda.

10 — 12. *Abductor pollicis pedis.*

10. Origo a tuberoſitate calcanei.
11. Concurſus fibrarum in angulos.
12. Tendo, in quem abit.
13. 14. *Flexor breuis pollicis.* 14. pars inferior, quae ſe adiungit tendini Abductoris pollicis.
15. Aponeuroſis, quae a membrana capſulari juncturae phalangis primae et a tendine Abductoris pollicis procedit ad tendinem Extenſoris longi pollicis.
16. Extenſoris longi pollicis tendo truncatus.

Fig. 14. *Adductor pollicis cum Transuerſali pedis.*

1. Calcaneus.
2. Talus.
3. Os nauiculare tarſi.
4. — cuboideum.
5. — cuneiforme primum.
6. — — — ſecundum.
7. — — — tertium.
8 — 12. Oſſa metatarſi quinque.
13. Os ſeſamoideum pollicis internum.
14. — — — — — externum.
15. Pollicis phalanx prima.
16. — — — — ſecunda.
17. Ligamentum plantare longum inter calcaneum et os cuboideum (Tab. XXV. Fig. 4. No. 20).

18 — 21. *Adductor pollicis pedis.*

18. Origo tendinoſa a ligamento plantari longo.
19. Minor pars huius muſculi.
20. Inſignior pars.
21. Extremum tendineum, coniunctum cum extremo tendineo Transuerſalis pedis et Flexoris breuis pollicis, inſertum oſſi ſeſamoideo externo et baſi primae phalangis pollicis.
22. Flexoris breuis pollicis tendo truncatus.

23 — 25. *Transuerſalis pedis.*

23. 24. Origo a membrana capſulari 23. juncturae phalangis primae digiti minimi et eiusdem juncturae 24. digiti quarti.
25. Extremum adiungens ſe extremo tendineo communi Adductoris et Flexoris breuis pollicis.

Fig. 15. *Flexor breuis digiti minimi pedis.*

1. Os cuboideum.
2. — metatarſi quintum.
3. Digiti minimi phalanx prima.
4. — — — — — ſecunda.
5. — — — — — tertia.
6. Reſidua pars vaginae tendinis Peronei longi et ligamenti plantaris longi (Fig. 14. No. 17).

7. 8. *Flexor breuis digiti minimi pedis.*

7. Origo tendinea a vagina illa (6) et a ſuperficie inferiori baſeos oſſis metatarſi quinti.
8. Extremum tendineum, inſertum baſi primae phalangis digiti minimi.

Fig. 16. *Flexor breuis digiti minimi, a latere.*

1. Os metatarſi quintum.
2. Digiti minimi phalanx prima.

3 — 5. *Flexor breuis digiti minimi pedis.*

3. Origo ab angulo externo oſſis metatarſi quinti.
4. Pars, quae inſerta eſt exteriori parti corporis oſſis metatarſi.
5. Pars altera, eaque praecipua, inſerta baſi primae phalangis.

2. Annulus membranae tympani.
3. Fiſſura Glaseri.
4. Malleus.
5. Incus.

Conſpiciuntur duo trunculi arterioſi. Alter, ſub proceſſu longo mallei emergens, ex ramo tympanico arteriae temporalis oritur: alter, qui inter manubrium mallei et crus longum incudis decurrit, ex arteria ſtylomaſtoidea enatus eſt. Confluunt inter ſe variis anaſtomoſibus.

Fig. 13. *Vaſcula arterioſa perioſtei tympani.*

Ruysch l. c. Fig. 10.

Detractum eſt perioſteum de cauo tympani, cuius vaſcula arterioſa egregie adparent.

Fig. 14. *Membrana tympani ſiniſtri cum oſſiculis auditus, detracto oſſe petroſo toto, ab anteriore ſuperficie exhibita.*

Albini *Academ. Annotat.* Lib. IV. Tab. II. Fig. 6.

1. Annulus membranae tympani.
2. Membrana tympani ſulco annuli inhaerens.
3. Tympani pars a ſquamoſo oſſe effecta.
4. 5. Malleus.
5. Eius proceſſus longus ſ. gracillimus ſulco annuli inſidens. Manubrium apicem extrorſum et antrorſum, hoc eſt, ſimul verſus meatum auditorium ſimul verſus anterius tympani latus reflectit.
6. Incus.
7. Stapes.
8. Hac parte os ſquamoſum cum petroſo coniunctum fuerat.
9. Os ſquamoſum.
10. Proceſſus zygomaticus.

Fig. 15. *Os petroſum ſiniſtrum adulti, cuius aliqua pars ita reſecta eſt, vt cerni poſſit membrana tympani cum oſſiculis auditus a latere.*

1. Meatus auditorius externus oſſeus. Quo magis ad membranam tympani accedit, eo magis anguſtatur.
2. Membrana tympani, a latere et ab interiore ſuperficie viſa.
3. Tympanum. Oſſicula auditus in ſitu cernuntur.
4. Feneſtra rotunda ſub promontorio conſpicua.
5. Cellulae mammillares.
6. Apertura externa canalis carotici.
7. Meatus auditorius internus ſ. canalis neruorum communis.

Fig. 16. *Idem praeparatum vitro auctum.*

Fig. 17. *Malleus ſiniſter adulti, vitro auctus.*

1—3. Caput mallei.
1. 2. Lineae eminentes capitis.
3. Foueola.
4. Ceruix ſ. collum.
5. Proceſſus breuis ſ. crus breue.
6. Proceſſus longus ſ. gracillimus. Deſinit ſaepe in adultis apice veluti ad ſpathulae formam, cuius in hoc ſpecimine exemplum adeſt.
7. 8. Manubrium cum apice (8) extrorſum et antrorſum reflexo.

Fig. 18. *Idem magnitudine naturali.*

Fig. 19. *Malleus infantis recens nati diſſectus et vitro auctus.*

Cassebohm *de aure humana* Tab. III. Fig. 8.

1. Cauitas in capite transuerſim diſſecto.
2. Foramen in manubrio transuerſim diſſecto.

Proceſſus longus in hoc ſpecimine deſinit in apicem acutiſſimum, id quod plerumque in fetu occurrit.

Fig. 20. *Incus ſiniſter adulti, vitro auctus.*

1. Corpus.
2. Foueola eius quae caput mallei recipit.
3. Crus longum, quod oſſiculo ſubrotundo iungitur.
4. Crus breue.

Fig. 21. *Idem magnitudine naturali.*

Fig. 22. *Incus ex fetu quinque menſium diſſectus et vitro auctus.*

Cassebohm l. c. Fig. 12.

1. Cauitas in corpore incudis.
2. Foueola quae caput mallei recipit.

Fig. 23. *Stapes ſiniſter adulti, vitro auctus.*

1. Baſis.
2. 3. Crura.
4. Apex qui iungitur oſſiculo ſubrotundo.
5. Membranula quae ſpatium inter crura replet.

Fig. 24. *Idem magnitudine naturali.*

Fig. 25. *Basis stapedis vitro aucti, ab interiore superficie visa, seu ab ea, quae fenestrae ouali respondet. Alter margo conuexus, alter paullulum concauus est.*

Fig. 26. *Officulum subrotundum adulti, vitro auctum. Superficies, quae cruri incudis longo respondet, paullulum concaua est: quae apici stapedis insidet, paullulum conuexa est.*

Fig. 27. *Idem naturali magnitudine.*

Fig. 28. *Os temporum sinistrum adulti cum tuba. Refectus est processus mammillaris vna cum processu zygomatico et parte meatus auditorii externi.*

1. Cauitas glenoidalis.
2. Incisura mammillaris.
3. Canalis Fallopii dissectus.
4. Tuba Evstachiana.
5. 6. Specillum tubae immissum, quod in cauum tympani penetrat et per meatum auditorium externum (6) prodit.
7. 8. Seta immissa cellulae mammillari maiori ac per cellulam tympanicam maiorem in cauum tympani transiens, ex quo per meatum auditorium externum educta (8) est.

EXPLI-

EXPLICATIO
TABVLAE LV.

FIG. 1. *Infantis os temporum ſiniſtrum ab exteriori parte oblique exhibitum, capite in alterutrum latus inclinato. Detracta eſt membrana tympani.*

ALBINI *Academ. Annot.* Lib. IV. Tab. I. Fig. 2.

1. Tympanum.
2. Mallei manubrium.
3. — proceſſus breuis.
4. — — — longus ſ. gracillimus.
5. Incudis crus longum.
6. Stapes.
7. Feneſtra rotunda.
8. Semicanalis Tenſorem tympani continens.
9. Exitus canalis FALLOPII ſ. *foramen ſtylo-maſtoideum.*
10. Pars tubae EVSTACHIANAE.
11. Canalis caroticus.
12. Foſſa venae jugularis.
13. Locus, ex quo enaſcitur proceſſus ſtyloideus, hac aetate cartilagineus.
14. Annulus membranae tympani.

FIG. 2. *Detracta eſt pars ſquamoſa cum annulo, exemtus malleus, incus et ſtapes.*

ALBIN. ibid. Fig. 3.

1. Margo cui pars ſquamoſa adiuncta fuerat et annulus.

2—6. Tympanum.

2. 3. Promontorium.

2. Protuberans locus ab eminente intus veſtibulo et cochleae principio effectus. Conf. Fig. 4.
3. Protuberans locus ab eminente intus cochlea effectus.
4. Protuberans locus ab eminente intus canali FALLOPII effectus. Conf. Fig. 3.
5. Protuberans locus vbi intus eſt conceptaculum muſculi Stapedii.
6. Pars tympani pone partem ſquamoſam pertinens.
7. Protuberans locus ab eminente intus canale ſemicirculari exteriori effectus. Conf. Fig. 4.
8. Semicanalis Tenſoris tympani.
9. Feneſtra oualis, cui in Fig. 1. (No. 6.) ſtapedis baſis inſidet.
10. Feneſtra rotunda.
11. Pars tubae EVSTACHIANAE.
12. Foramen ſtylo — maſtoideum.
13. Locus ex quo enaſcitur proceſſus ſtyloideus.
14. Foſſa venae jugularis.
15. Canalis caroticus.

FIG. 3. *In fundo tympani per longitudinem diſſectus canalis* FALLOPII *conſpicitur cum conceptaculo muſculi Stapedii.*

ALBIN. ibid. Fig. 4.

1. Canalis FALLOPII pars, quae per tympanum decurrit.
2. Exitus huius canalis, ſ. *foramen ſtylo — maſtoideum.*
3. Conceptaculum muſculi Stapedii ſ. *eminentia pyramidalis tympani.*
4. Margo cui pars ſquamoſa adiuncta fuerat et annulus.

5—7. Tympanum.

5. *Promontorium*, quod ab eminente intus vestibulo et cochleae principio eminet. Conf. Fig. 4.
6. Protuberans locus ab eminente intus cochlea effectus. Conf. Fig. 4.
7. Pars tympani pone os squamosum pertinens.
8. Protuberans locus ab eminente intus canali semicirculari exteriori effectus. Conf. Fig. 4.
9. Semicanalis Tensoris tympani.
10. Fenestra oualis.
11. Fenestra rotunda.
12. Pars tubae EVSTACHIANAE.
13. Hinc enascitur processus styloideus hac aetate cartilagineus.
14. Fossa venae jugularis.
15. Canalis caroticus.

FIG. 4. *Os in fundo tympani labyrinthum incrustans detractum cum canali* FALLOPII *et eminentia pyramidali, vt labyrinthus integer conspiciatur.*

ALBIN. ibid. Fig. 5.

1—5. Labyrinthus.
1—3. Canales ossei semicirculares: 1. superior. 2. exterior. 3. posterior.
4. Vestibulum.
5. Cochlea.
6. Fenestra oualis.
7. Fenestra rotunda.
8. Margo cui pars squamosa adiuncta fuerat.
9. Tympani pars.
10. Pars semicanalis Tensoris tympani.
11. Pars tubae EVSTACHIANAE.
12. Fossa venae jugularis.
13. Canalis caroticus.

FIG. 5. *Labyrinthus a parte fenestrae oualis et rotundae seu ab exteriori reseratus.*

SCARPAE *Anat. disquisit. de olfactu et auditu* Tab. VI. Fig. 1.

1. Canalis osseus semicircularis *superior.*
2. — — — — *exterior.*
3. — — — — *posterior.*
4. Cauitas elliptica initii proprii canalis ossei semicircularis *superioris.*
5. Cauitas elliptica initii canalis ossei semicircularis *exterioris.*
6. Cauitas orbicularis initii proprii canalis semicircularis ossei *posterioris.*
7. Ostium commune canalibus osseis semicircularibus verticalibus, nempe *superiori* et *posteriori.*
8. Canalis ossei semicircularis *exterioris* orificium alterum.
9. Pyramis ossea vestibuli.
10. Vestibuli *cauitas semiouualis.*
11. — — — *hemisphaerica.*
12. — — — *sulciformis*, s. ostium internum aquaeductus vestibuli.
13. Cochlea.
14. Sinus fenestrae rotundae.
15. Scala tympani.
16. Scala vestibuli.
17. Septum cochleae, quod scalas illas a se inuicem distinguit.
18. Macula foraminulenta s. cribrosa.

FIG. 6. *Eadem pars nouies naturali magnitudine maior.*

SCARPA ibid. Fig. 2.

4--12. 17. 18. vt in praecedente Figura. Reliquae partes quae numeris notatae non sunt, facile ex eadem Figura intelliguntur.

FIG. 7. *Idem os temporis, quod Fig. 1. exhibitum est, hic ab interiori superficie cernitur.*

ALBIN. l. c. Tab. II. Fig. 1.

1. Pars squamosa.
2. Processus zygomaticus.
3. Pars eminens canalis ossei semicircularis superioris. Conf. Fig. 8. No. 1.
4. Pars eminens canalis ossei semicircularis posterioris. Conf. Fig. 8. No. 2.
5. Canalis neruorum communis (nempe nerui acustici et communicantis faciei) s. meatus auditorius internus.
6. Principium illius partis canalis FALLOPII, quae per tympanum decurrit.
7. Exitus s. ostium externum aquaeductus vestibuli.
8. Exitus s. ostium externum aquaeductus cochleae.

FIG. 8. *Derasum est os, quod labyrinthum cum canali neruorum communi in praecedente Figura incrustat.*

1--5. Labyrinthus.
1--3. Canales ossei semicirculares: 1. superior, 2. posterior, 3. exterior.
4. Vestibulum.

5. Cochlea

5. Cochlea.
6. Feneſtrae rotundae capacitas. Conf. Fig. 10. No. 7.
7. 8. Canalis neruorum communis, pertinens ad cochleam et veſtibulum.
9. Principium illius partis canalis FALLOPII, quae per tympanum decurrit.

FIG. 9. *Diſſectus canalis neruorum communis.*

ALBIN. ibid. Fig. 3.

1. Canalis neruorum communis per longitudinem ſectus, detracta parte magna. Conf. Fig. 8. No. 7. 8.
2—5. Fundus canalis neruorum communis, qui in duas cauitates (ſ. receſſus) intermedia ſpina 2. diuiſus eſt, alteram 3. minorem, alteram 4. 5. maiorem.
4. Cauitatis maioris fundi canalis neruorum communis pars eminentior, vbi intus cochleae gyrus, qui cauſſa eſt quod emineat. Conf. Fig. 10.
5. Cauitatis maioris fundi canalis neruorum communis pars altius ſinuata, quae baſis eſt modioli cochleae. Conf. Fig. 11. 12.
6. Foramen in cauitate minori fundi canalis neruorum communis, quo foramine canalis FALLOPII incipit.
7. Canalis oſſeus ſemicircularis ſuperior.
8. — — — — poſterior.
9. — — — — exterior.
10. Veſtibulum.
11. Cochlea.
12. Feneſtrae rotundae capacitas.

FIG. 10. *Detractus canalis neruorum communis.*

ALBIN. ibid. Fig. 4.

1—5. Labyrinthus integer, nudus.
1—3. Canales oſſei ſemicirculares: 1. ſuperior, 2. poſterior, 3. exterior.
4. Veſtibulum.
5. Cochlea.
6. Cauitatis maioris fundi canalis neruorum communis pars altius ſinuata, quae baſis eſt modioli cochleae. Vid. Fig. 9. No. 5.
7. Feneſtrae rotundae capacitas.
8. Principium illius partis canalis FALLOPII, quae per tympanum procedit.

FIG. 11. *Labyrinthus humanus reſeratus ab interiori ſeu a parte cauitatis cranii.*

SCARPA l. c. Tab. VII. Fig. 1.

1. Canalis oſſeus ſemicircularis ſuperior.
2. — — — — poſterior.
3. — — — — exterior.

4. Cauitas elliptica initii proprii canalis oſſei ſemicircularis ſuperioris.
5. Cauitas elliptica canalis oſſei ſemicircularis exterioris.
6. Cauitas orbicularis initii proprii canalis oſſei ſemicircularis poſterioris.
7. Tubulus oſſeus communis canalibus oſſeis ſemicircularibus verticalibus, nempe ſuperiori et poſteriori.
8. Canalis oſſei ſemicircularis exterioris oſtium alterum, minus.
9. Feneſtra oualis.
10. Canalis neruorum communis.
11. Cauitatis minoris (Fig. 9. No. 3.) foramina pro neruo acuſtico.
12. Macula cribroſa veſtibuli.
13. Oſtia inſculpta retro fundum cauitatis hemiſphaericae veſtibuli (Fig. 5. No. 11.) ad neruum acuſticum traiiciendum.
14. Canaliculus pro ramo nerui acuſtici ad ampullam canalis ſemicircularis membranoſi poſterioris.
15. Tractus ſpiralis foraminuloſus.
16. Eiusdem tractus initium.
17. Oſtium centro modioli reſpondens.
18. Laminae ſpiralis cochleae initium.
19. Initium canalis FALLOPII.
20. Cochlea.
21. Spina dirimens fundum canalis neruorum communis (Fig. 9. No. 2.)
   a. Cauitas minor.
   b. — maior.
22. Macula foraminulenta (Fig. 5. No. 18.)

FIG. 12. *Eadem pars nouies ſupra naturalem magnitudinem aucta.*

SCARPA ibid. Fig. 2.

Numeri eadem ſignificant, quae in praecedente Figura indicata ſunt.

FIG. 13. *Membrana tympani ſecundarii, detracta lamina ſpirali membranacea et neruoſa.*

SCARPA *de ſtructura feneſtrae rotundae auris* Tab. I. Fig. 5.

1. *Membrana tympani ſecundarii* ſ. feneſtrae rotundae. (Eadem membrana ad latus huius Figurae ſeorſim delineata eſt).
2. Eius adhaeſio initio laminae ſpiralis, ſub quo aperitur aquaeductus cochleae.
3. Oſtium externum feneſtrae rotundae.
4. Lamina ſpiralis oſſea.
5. Cochlea.

Fig. 14. *Demonstratur, tympani secundarii membranam, quae naturali duplo maior hic exhibita est, ex periosteo cauitatis tympani et labyrinthi constare.*

Scarpa ibid. Fig. 6.

1. Periosteum tympani.
2. — — labyrinthi.
3. Labyrinthi periosteum distinctum a
4. Lamina subiecta.

Fig. 15. *Vestibulum cum cochlea ita exsectum, vt cauitatis hemisphaericae fundus in conspectum veniat.*

Scarpae *Anat. Disquis.* Tab. VI. Fig. 3.

1. Cauitas hemisphaerica.
2. Macula foraminulenta fundum cauitatis hemisphaericae occupans.
3. Vestibuli pyramis ossea.
4. --- --- cauitas semioualis.
5. Cauitas elliptica initii proprii canalis ossei semicircularis superioris.
6. Canalis ossei semicircularis exterioris extremitas altera.
7. Cauitas elliptica initii proprii canalis ossei semicircularis posterioris.
8. Macula foraminulenta. Vid. Fig. 5. 6. No. 18.
9. Cauitas sulciformis. Vid. Fig. 5. 6. No. 12.
10. Fenestrae rotundae sinus.
11. Scala tympani.
12. — vestibuli.
13. Cochlea.

Fig. 16. *Eadem pars nouies supra naturalem magnitudinem aucta.*

Scarpa ibid. Fig. 4.

Numeri eadem significant quae in praecedente Figura explicata sunt.

Fig. 17. *Cochlea a basi ad apicem dissecta, et sedecies naturali magnitudine maior.*

Scarpa ibid. Tab. VIII. Fig. 4.

1. Lamina spiralis ossea primi gyri.
2. Laminae spiralis osseae plana duo crebris foraminulis inter se distincta.
3. Scala tympani.
4. --- vestibuli.
5. Modioli basis.
6. --- --- apex in secundo cochleae gyro.
7. Lamina spiralis ossea secundi cochleae gyri.
8. *Infundibuli* initium.
9. Laminae spiralis osseae *hamulus* in infundibulo exstans.
10. Hiatus scalae tympani in infundibulo.
11. Scalae vestibuli finis in infundibulo, cui seta immissa est.
12. Infundibulum apertum.

Fig. 18. *Cochlea aperta ab ea superficie, qua cauitatis tympani parietes inferiorem et exteriorem respicit.*

Cassebohm *Tractat. V. de aure hum.* Tab. V. Fig. 2.

1. Foramen in scalae tympani principio.
2. 2. Vas sanguiferum in hac scala.
3. 3. --- --- --- in scala vestibuli.
4. Lamina spiralis.
5. Eius hamulus.
6. Pars membranacea ab hamulo ad cochleae apicem s. *cupulam* tendens.
7. Foramen septi.

Fig. 19. *Os temporis sinistrum infantis neonati, ab interiori exhibitum. Denudatus est labyrinthus.*

1. Pars squamosa.
2. Annulus membranae tympani.
3. Canalis neruorum communis s. meatus auditorius internus.

4--8. Labyrinthus.

4. Cochlea.
5. Canalis osseus semicircularis superior.
6. — — — posterior.
7. — — — exterior.
8. Vestibulum.
9. Seta immissa aquaeductui vestibuli.
10. — — — cochleae.

Fig. 20. *Pars posterior sinistra baseos cranii dura meninge adhuc vestitae, in qua integra regio ossis petrosi cum parte regionis ossis sphenoidei et occipitis conspicua est.*

Cotvnnivs *de aquaeductibus auris hum. internae* Tab. II.

1. Arteria meningea media, quae per foramen spinosum penetrat et ad duram meningem decurrit.
2. Pars durae meningis extrorsum reuoluta.
3. Pars sellae turcicae.
4. Excauatio ossis occipitis, in qua sinistrum cerebelli hemisphaerium collocatur.
5. Foramen magnum ossis occipitis, per quod egreditur medulla spinalis, hoc in loco resecta.
6. Processus falciformis cerebelli.
7. Sinus transuersus s. lateralis sinister durae meningis apertus.

8. Pars

8. Pars inferior finus longitudinalis fuperioris, qua cum transuerfo continuatur.
9. Reliqua pars finus transuerfi latior, retro os petrofum finiftrum defcendens, dura meninge integre adhuc obtecta.
10. Locus fub quo eft extremum huius finus, quod in foffam venae jugularis terminatur.
11. Orificium triangulare finus petrofi fuperioris, quo cum finu transuerfo communicat.
12. Arteria meningea pofterior.
13. Neruus oculo-motorius.
14. — patheticus, f. trochlearis.
15. --- trigeminus f. diuifus.
16. --- abducens.
17. --- communicans faciei.
18. --- acufticus in tres partes diuifus.
19. --- gloffopharyngeus, fub orificii externi aquaeductus cochleae januam penetrans.
20. Ianua arcuata orificii externi aquaeductus cochleae.
21. Neruus vagus.
22. Neruus acceffor us.
23. — hypogloffus.
24. Angulus fuperior offis petrofi, a quo tentorium cerebelli refectum eft.
25. Latus pofterius offis petrofi, in quo definit aquaeductus veftibuli.
26. Rima in qua definit offea pars aquaeductus veftibuli et ad cuius directionem prima cauitatis incifio facta eft.
27. Latera diffecta cauitatis membraneae revoluta.
28. Vafa mercurio plena, a cauitate aquaeductus membranea procedentes et in finum transuerfum terminatae.
29. Paruus finus, in quem duo inferiora vafa, a cauea aquaeductus procedentia, cum aliis venulis durae meningis in hoc fubiecto coniungebantur.
30. Arteria vertebralis.

EXPLI-

EXPLICATIO
TABVLAE LVI.

Fig. 1. *Orbita dextra adulti, ab anteriori.*

1. Ossis frontis pars.
2. Foramina supraorbitalia.
3. Ossis nasi pars.
4. Os maxillare superius.
5. Foramen infraorbitale.
6. Initium canalis infraorbitalis.
7. Processus nasalis ossis maxillaris superioris.
8. Os vnguis.
9. Canalis nasalis.
10. Os planum s. papyraceum.
11. Foramen ethmoidale anterius.
12. Foramen opticum.
13. Superficies orbitalis alae maioris ossis sphenoidei.
14. Fissura sphenoidalis superior.
15. --- --- --- inferior.
16. Os jugale.
17. Foraminulum pro egressu nerui subcutanei malae.
18. Processus spheno — frontalis ossis jugalis.

Fig. 2. *Palpebrae dextrae hominis. Detracta est epidermis cum reticulo, cilia euulsa.*

Albini *Academ. Annotat.* Lib. III. Tab. III. Fig. 4.

1. 1. 2. 2. Cutis pori, e quibus ciliorum pili euulsi sunt: 1. 1. in palpebra superiori, 2. 2. in inferiori.

3. Caruncula lacrymalis, in qua pori sunt, euulsis pilis subtilibus.

4. Canthus internus.

5. --- externus.

Fig. 3. *Oculus dexter adulti.*

1. Supercilium.

2. 3. Palpebrae cum ciliis suis: 2. superior, 3. inferior.

4. Coniunctiua oculi.

5. — — palpebrae. Detracta et paullulum reflexa est palpebra, vt coniunctiua tensa melius in conspectum veniat.

6. Membrana semilunaris.

7. Caruncula lacrymalis.

8. 9. Puncta lacrymalia: 8. superius, 9. inferius.

Fig. 4. *Ductus glandulae lacrymalis hominis.*

1. Bulbus oculi.

2. 3. Palpebrae cum ciliis suis: 2. superior quae paullulum reflexa est, 3. inferior.

4. Ductus glandulae lacrymalis, quibus setae immissae sunt. (Ipsam glandulam lacrymalem vide in Tabulis, quae vasa et neruos oculi exhibent).

5. Canthus internus.

6. --- --- externus discissus.

Conf. Fig. 3.

Fig. 5. *Viae lacrymarum.*

Zinn *Descript. anat. oculi humani* Tab. VII. Fig. 10.

1. Orificia glandularum Meibomianarvm.

2. Membrana semilunaris.

3. Caruncula lacrymalis.

4. 5. Puncta lacrymalia: 4. superius, 5. inferius.

6. 7.

6. 7. Canales lacrymales: 6. ſuperior, 7. inferior. Hi prope ſaccum lacrymalem inter ſe coniuncti ſunt.
8. Saccus lacrymalis.

Fig. 6. *Glandulae ſebaceae* Meibomianae, *a facie poſteriori ſ. interiori palpebrarum viſae.*

Zinn, ibid. Fig. 8.

1. 2. Palpebrae: 1. ſuperior, 2. inferior.
3. Canthus internus.
4. 4. Glandulae Meibomii, qui plexus conſtituunt.
5. 5. Orificia illorum plexuum in margine extremo palpebrarum.

Fig. 7. *Tarſus, a poſteriori ſ. ab interiori palpebrarum facie viſus.*

1. 1. Glandulae Meibomianae.
2. Tarſus palpebrae ſuperioris cum ciliis ſuis.
3. --- --- --- inferioris, cum ciliis ſuis.
4. 4. 4. Vaſcula arterioſa quae cera repleta ſunt.

Praeparatum ſiccum et oleo terebinthinae immerſum eſt.

Fig. 8. *Oculus balaenae ſectione ab anteriori ad poſterius ducta diſciſſus.*

1. 1. Sclerotica, cuius ſtructura egregie hic adparet.
2. Cornea.
3. Neruus opticus.
4. Pars retinae.

Fig. 9. *Pars corneae et ſcleroticae oculi bouilli ab anteriori ad poſterius diſciſſi, a latere.*

1. Sclerotica.
2. Cornea.
3. Locus vbi hae tunicae ſibi inuicem junguntur.

Praeparatum a boue recenter occiſo deſumtum per aliquot horas maceratum eſt.

Fig. 10. *Lamina fuſca ſcleroticae oculi bouilli.*

1. Lamina fuſca ſcleroticae ſoluta et reflexa.
2. Nuda ſuperficies interna ſcleroticae.
3. Eiusdem membranae eadem ſuperficies, quae lamina fuſca adhuc obducta eſt.
4. Superficies externa choroideae.
5. Eiusdem membranae ſuperficies interna.

Fig. 11. *Inſertio muſculorum rectorum oculi humani.*

Loderi *Tab. anat. Faſc.* IV.

1. Rectus ſuperior.
2. --- inferior.
3. Rectus lateralis externus.
4. --- --- internus.
5. Cornea.

Tendines horum muſculorum non ad ipſum corneae marginem pertingunt.

Fig. 12. *Membrana humoris aquei ex humano oculo.*

1. Corneae ſuperficies interna ſ. poſterior.
2. Scleroticae eadem ſuperficies.
3. Membrana humoris aquei ſoluta et reflexa, quae interiorem laminam corneae format.

Fig. 13. *Iris et choroidea oculi bouilli cum vaſis arterioſis.*

Zinn l. c. Tab. III. Fig. 2.

1. Sclerotica reflexa.
2. Choroidea.
3. Orbiculus ciliaris.
4. Iris.
5. Pupilla.
6. 6. Duae arteriolae ciliares longae.
7. 7. Rami duo maiores, in quos quaeuis arteriola longa diuaricatur. Ex vtroque ramo bifurcationis oriuntur ramuli, qui ad circulum interiorem abeunt.
8. Circulus iridis, qui nonnullis in locis duplex eſt.
9. 9. Arteriolae ciliares anteriores, in circulum interiorem inſertae.
10. 10. Arteriae ciliares breues.
11. Mutua inter illas anaſtomoſis pone orbiculum ciliarem.
12. Surculi in circulum iridis abeuntes.
13. Arteriolae iridis.
14. Arcus, quos circa annulum minorem iridis inter ſe formant et ex quibus ramuli verſus pupillam tendunt.

Fig. 14. *Portio annuli minoris iridis, ope microſcopii viſa et delineata.*

Zinn ibid. Fig. 3.

1. 1. 1. Arcus, quos arteriolae iridis conſtituunt circa annulum minorem, in praecedente Figura No. 14. notati.
2. 2. Ramuli, qui ex illis arcubus verſus pupillam tendunt ſuisque anaſtomoſibus nouos arcus minores formant.
3. 3. Arcus minores.

Fig. 15. *Circulus cribriformis choroideae.*

1. Scleroticae pars posterior.
2. Choroideae superficies exterior.
3. — — — interior.
4. Circulus cribriformis s. lamina cribrosa, per cuius foraminula transit medulla nervi optici ad formandam retinam.
5. Retina.

Remota est pars retinae, vt melius in conspectum veniat circulus cribriformis, per cuius centrum transit arteria centralis cum vena socia ad ipsam retinam. Praeparatum ex oculo vitulino desumtum est.

Fig. 16. *Facies interna choroideae, ex oculo bouillo.*

Zinn l. c. Tab. I. Fig. 1.

1. Neruus opticus discissus.
2. Vaginae nerui optici lamina exterior.
3. — — — — interior.
4. Membrana propria s. neurilema eiusdem nerui.
5. Arteria centralis.
6. Circulus cribriformis choroideae.
7. Sclerotica posterius crassior.
8. Lamina fusca scleroticae.
9. Choroidea vasculis parallelis picta.
10. Plicae processuum ciliarium albae.
11. Iris.
12. Connexio scleroticae cum cornea.

Fig. 17. *Annulus processuum ciliarium lente visus, parum augente.*

Zinn l. c. Tab. II. Fig. 2.

1. Pars scleroticae.
2. - choroideae.
3. Ora serrata, quae annulum a reliqua choroidea distinguit.
4. Pars posterior annuli striata.
5. — anterior ex plicis processuum ciliarium composita.
6. Plicarum pars anterior, latior, eminens.
7. 7. Plicae nonnullae extremo bifido terminatae.
8. Plicarum pars posterior, quam plures radiculae constituunt.
9. Vuea s. facies posterior iridis, striata.
10. Pupilla.

Conf. Tab. LVII. Fig. 1.

Fig. 18. *Canalis* Fontanae, *ex oculo bouillo.*

1. Scleroticae pars.
2. Choroideae superficies interior.
3. Plicae processuum ciliarium.
4. Vuea.
5. Pupilla.
6. Canalis Fontanae.

Discissis processibus ciliaribus adparet canalis ille.

Fig. 19. *Reticulum choroideae inflatum, microscopio plurimum augente visum.*

Zinn l. c. Tab. I. Fig. 2.

1. Reticulum vasculosum, quod arteriolae choroideae in superficie interna huius membranae formant.
2. Magnitudo naturalis huius praeparati.

Fig. 20. *Venulae choroideae et iridis.*

Zinn l. c. Tab. IV. Fig. 2.

1. Vagina nerui optici discissa et reflexa.
2. Neruus opticus.
3. Vena centralis.
4. 4. 4. Scleroticae quatuor anguli reflexi.
5. 5. 5. Anguli corneae.
6. 6. 6. Circulus niger qui corneam a sclerotica distinguit.
7. 7. 7. Foraminula scleroticae prope corneam, pro transitu vasculorum ciliarium anteriorum, arteriarum et venarum.
8. Foraminulum maius pro vase vorticoso.
9. 9. Duo vasa vorticosa maiora, ab altero latere ex plurimis ramulis constans.
10. Ramuli retrorsum euntes, quorum nonnulli occurrunt
11. 11. Venulis ciliaribus posterioribus, prope insertionem nerui optici scleroticam perforantibus.
12. Ramuli anteriores ad iridem pertinentes.
13. Vas vorticosum minus, minus elegans.
14. Venula accessoria intermedia, vtrique vasi vorticoso maiori iuncta, ex plurimis ramulis constans.
15. Venula ciliaris longa.
16. Neruulus ciliaris venulae longae perpetuus comes.
17. Duo ramuli, quos venula ciliaris longa sub cellulositate orbiculi ciliaris recipit.
18. 18. Venulae tres anteriores ciliares abscissae.
19. 19. Ramuli laterales, quibus venulae ex iride ad choroideam transeuntes inter se communicant.
20. Venulae iridis serpentinae parallelae.
21. Iris discissa et reflexa.
22. Pupilla.

Fig.

FIG. 21. *Iridis fabrica et neruuli ciliares.*

ZINN ibid. Fig. 1.

1. Neruus opticus.
2. Sclerotica reflexa.
3. Neruuli ciliares maiores, anterius in ramos diuisi.
4. Neruuli ciliares minores, vix ramosi.
5. 5. Vascula duo venosa maiora, obiter expressa.
6. Foramen in sclerotica, per quod vasculum venosum transiit.
7. Vasculum venosum minus.
8. Orbiculus ciliaris.
9. Annulus maior iridis.
10. Fibrae iridis parallelae serpentinae.
11. — maiores per arcus inter se junctae, quorum plurimi circulum iridis minorem constituunt.
12. Annulus iridis minor, interior.
13. Fibrae rectae ex conuexitate arcuum ad pupillam tendentes.
14. Pupilla.

EXPLICATIO

TABVLAE LVII.

Fig. 1. *Plicae tres processuum ciliarium, quorum fabrica vasculosa microscopio plurimum augente sistitur.*

Zinn *Descript. anat. oculi humani*, Tab. II. Fig. 3.

1. Arteriolae innumerae parallelae in superficie interna choroideae conspicuae.
2. Vasculum paullo maius in margine eminente decurrens.
3. Arcus, per quos vascula in apice plicae inter se junguntur.
4. Reticulum vasculosum.
5. Iridis superficies posterior s. vuea.
6. Magnitudo naturalis huius praeparati.

Conf. Tab. LVI. Fig. 17.

Fig. 2. *Portio retinae, corporis ciliaris et vueae ex oculo infantis anni I. in quo venae retinae et corporis ciliaris felicissime repletae atque microscopii plurimum augentis ope depictae sunt.*

Walteri *Epist. anat. de venis oculi*, Tab. III. Fig. 1.

1. Venarum retinae in termino eiusdem anteriori, vbi lamella subtilis (2) retinae annulo mucoso obtegitur et ad circumferentiam capsulae lentis continuat, cum venis corporis ciliaris elegantissima coniunctio.
2. Lamella subtilis retinae.
3. Terminus anterior processuum ciliarium, qui recipit surculos venosos a corpore vitreo et capsula lentis migrantes. Ad apicem vnius processus ciliaris lineae ductae, reliqui quinque numeris non notati sunt.
4. Magnitudo naturalis huius praeparati.

Fig. 3. *Tunicae oculi altero latere ablatae, vt sic dicti humores in situ naturali in conspectum veniant.*

Zinn l. c. Tab. II. Fig. 1.

1. Neruus opticus.
2. Tunicae oculi reflexae.
3. Corpus vitreum.
4. Lens crystallina in capsula sua.
5. Retina corpori vitreo subiecta.
6. Retinae terminus anterior.
7. Corporis ciliaris pars posterior, striata.
8. Plicae processuum ciliarium, radios albos referentes.
9. Locus, vbi ab vtroque latere lentis radii albi a lente distantes adparent.
10. Pupilla per lentem pellucidam conspicua.

Fig. 4. *Macula flaua retinae cum centro suo, ab exteriori. Remota est sclerotica.*

1. Neruus opticus.
2. Macula flaua cum centro suo.
3. Choroidea reflexa.

Fig. 5. *Eadem macula ab interiori. Discisso oculo remota est anterior pars corporis vitrei cum lente crystallina. Macula flaua per residuum corporis vitrei pellucet.*

1. Locus vbi neruus opticus in oculum intrat et retinam format.
2. Macula flaua cum centro suo.
3. Choroidea.
4. Sclerotica.

Fig. 6. *Venae choroideae ac retinae. Resecta est sclerotica. Praeparatum ex infante annorum II. desumtum vitro auctum est.*

Walter l. c. Tab. I. Fig. 2.

1. Choroideae superficies externa, cum venis suis.
2. Choroideae superficies interna, cum venis suis.
3. Retina. Venae eius, quae in superficie interna decurrunt, hic pellucent.
4. Neruus opticus.

Fig.

Fig. 7. *Venae retinae. Praeparatum ex infante annorum II. desumtum vitro auctum est. Retina ita secta est, vt, quantum in tanta subtilitate fieri potuit, cohaesio retinae cum corpore vitreo ex parte integra maneret: hanc ob caussam corpus vitreum ita collocatum est, vt terminus anterior annulo mucoso (Fig. 2. No. 1.) pictus inferior, ambitus vero posterior ingressui nervi optici in retinam respondens superior euaserit. Per hanc dispositionem partium oculi, naturalis decursus venarum retinae seruatus est, aeque ac directio venarum choroideae ad venas corporis ciliaris. Circulus cribriformis choroideae, per cuius foraminula neruus opticus transit, non potuit indicari.*

Walter l. c. Tab. II. Fig. 2.

1. Vaginae nerui optici lamina externa.
2. — — — — interna.
3. Neruus opticus ita sectus, vt vena centralis, perforata vagina huius nerui, in centro eius procurrens conspiciatur.
4. Vena centralis retinae, tribus ramis constans, qui in superficie interna retinae sub specie retis ambulant et cum venis corporis ciliaris vniuntur.
5. Corpus vitreum, quod vlteriorem progressum venarum retinae in regione corporis ciliaris obtegit.
6. Retina a corpore vitreo et ciliari soluta atque reflexa.
7. Venae in superficie interna choroideae ductu magis parallelo ambulantes et cum venis corporis ciliaris confluentes.
8. Venae corporis ciliaris, quae, si repletio materia rubra facta feliciter successerit, integrum corpus ciliare permutare videntur in rete venosum, quod, cum nudis oculis conspicitur, taeniam rubro colore splendentem sistit.
9. Vuea, quae nullas venas ad rete venosum corporis ciliaris mittit.

Fig. 8. *Membranula coronae ciliaris, cuius ope lens crystallina cum corpore vitreo iungitur, et canalis Petiti flatu turgens.*

Zinn l. c. Tab. VII. Fig. 1.

1. Corpus vitreum.
2. Lens crystallina.
3. Annulus serratus ex pigmento nigro conflatus, anteriori parti corporis vitrei et coronae ciliari instratus.
4. Bullulae, in quas membranula coronae ciliaris, flatu immisso, eleuatur.
5. Vulnusculum, per quod flatus immissus est.

Fig. 9. *Arteriae corporis vitrei et capsulae lentis ex fetu septimestri, microscopio plurimum augente depictae.*

Walter l. c. Tab. III. Fig. 2.

1. Portio corporis vitrei.
2. Truncus arteriae centralis retinae prope ingressum in bulbum oculi abscissus.
3. Surculi arteriae centralis ad membranam et cellulas corporis vitrei excurrentes. Reliqui surculi arteriae centralis, qui ab ambitu lentis ad anticam et posticam superficiem capsulae lentis ambulant, et surculi disrupti, qui accedunt ad membranam pupillarem, numeris notati non sunt.

Fig. 10. *Arteria lentis crystallinae cum ramulis suis, in superficie posteriori conspicua.*

Zinn l. c. Tab. VII. Fig. 3.

1. Lens crystallina magnitudine naturali depicta.
2. Eadem vitro aucta.

Fig. 11. 12. 13. *Tres figurae lentis crystallinae ex hominibus diuersae aetatis, et quidem Fig. 11. ex infante recens nato, Fig. 12. ex infante aliquot annorum, Fig. 13. ex homine adulto viginti circiter annorum. Patet inde, lentem semper esse eo conuexiorem, quo propior homo est origini.*

Zinn ibid. Fig. 4. 5. 6.

Fig. 14. *Lens bouilla, acido nitri indurata, a liquore Morgagniano et extimis laminis liberata, suum fibrarum situm et ordinem hic exhibet. Per lineas 1. 2. 3. 4. 5. 6. in sex partes diuiditur: ad septa 1. 2. 3. fibrae parallele decurrunt, ad septa 4. 5. oblique et sub angulo acuto inseruntur. Septum 6. parallelis fibris notatum, septo 4 fibras oblique illi insertas habenti respondet.*

Reil Diss. de lentis crystallinae structura fibrosa (Hal. 1794. 8.) Fig. 8.

Fig. 15. *Lamina lentis bouillae, acido nitri induratae, quae luci obuersa et blande diducta fibras subtilissimas ab altero extremo ad alterum decurrentes exhibet.*

Reil ibid. Fig. 6.

Fig. 16. *Lamina lentis bouillae, acido nitri induratae, in altera extremitate filo firmata macerationi tradita erat, vt fibrae penitus solutae et tenuissimae conspicerentur.*

Reil ibid. Fig. 5.

Fig. 17. *Sectio interna lentis bouillae, ad axin diuisae, quae cocta et deinde diluto spiritu salis macerata ab altero polo axis ad alterum transuersim diuisa est, vt septa inprimis circularia lamellarumque oualis constructio bene conspiciatur.*

Reil ibid. Fig. 3.

Fig. 18. *Superficies anterior membranae pupillaris fetus sex mensium, cuius arteriae materia ceracea subtilissime repletae sunt. Diductae sunt palpebrae. Membranae pupillaris natura vasculosa et retiformis, nitidissimis vasorum anastomosibus facta, hic adparet.*

Wrisberg in *Nov. Commentar. Göttingens.* Tom. I. Fig. 1.

1. Oculus naturali magnitudine depictus.
2. Idem vitro plurimum augente delineatus.

Fig. 19. *Membranae pupillaris ex oculo fetus septimestris desumtae superficies posterior, seu ea, quae lenti respondet, microscopio plurimum augente visa.*

Walter l. c. Tab. III. Fig. 3.

1. Vuea pigmento nigro picta.
2. Surculi arteriae centralis, qui (Fig. 9.) ad ambitum lentis producti superficiem posteriorem membranae pupillaris ornant, atque cum
3. Surculis ab arteriis ciliaribus profectis, qui in superficie anteriori membranae pupillaris ludunt, multas variasque anastomoses habent.

Fig. 20. *In denudata choroidea, suis vasis vorticosis referta, decursus arteriae ciliaris longae seu posterioris conspicitur, cuius rami ad iridem et pupillarem membranam minuuntur, factis simul cum choroideae vasculis anastomosibus.*

Wrisberg l. c. Fig. 3.

Fig. 21. *Per vitreum corpus, apertis et reclinatis choroideae et retinae membranis, arteriae centralis origo et versus lentem crystallinam progressus eiusdemque super lentis partem posteriorem distributio et in minima vascula diuisio exhibetur.*

Wrisberg ibid. Fig. 4.

Fig. 22. *Lingua infantis duorum annorum, cuius arteriae materia ceracea repletae sunt.*

1. Epiglottis.
2. 2. Tonsillae.
3. Folliculi mucosi ad radicem linguae conspicui.
4. Foramen coecum, cui papilla vallata media adsidet.
5. 5. Papillae *vallatae*, quarum duae extremae tantummodo numeris notatae sunt.
6. Papillae *striatae* s. lineares.

Lingua plena est papillarum. Praeter vallatas et striatas illas, longe maximus numerus est earum, quae, quia in apicem acuminatum desinunt, *conicae* dicuntur, quibus interfertae sunt aliae, paullo minores, figurae fere tuberculorum rotundorum, quas *tuberculatas* dixeris. Inter has omnes eminent papillae *fungiformes*, maiores conicis, longe minores vero vallatis. Quae igitur in nostra Figura totam fere linguam obtegunt, tum conicae tum tuberculatae, vix inter se differunt: quae vero inter illas ob magnitudinem suam magis eminere videntur, fungiformes sunt.

Fig. 23. *Extrema linguae humanae pars sinistra a superiore parte exhibita, magnitudine aucta.*

Albini *Academ. Annotat.* Lib. I. Tab. I. Fig. 6.

1. Papillae *fungiformes* s. mediae Albini.
2. — — *conicae* s. minores Alb.
3. — — *tuberculatae*, quas minimas adpellavit Albinvs.

Fig. 24. *Vertex vnius ex papillis fungiformibus totus tuberculatus, aucta per microscopium magnitudine.*

Albin. ibid. Fig. 7.

Fig. 25. *Idem magnitudine multo magis aucta.*

Albin. ibid. Fig. 8.

1. Stamina quae extrema parte a reliquis declinant.

Fig. 26. *Eadem papilla a latere.*

Albin. ibid. Fig. 9. 10.

1. Stamina e quibus constat.
2. Aliquot vasa, quae staminibus eius inhaerent. (Hae seorsim depicta sunt, juxta No. 1. huius Figurae).
3. Extrema vascula porrecta vltra stamina.

Fig. 27. *Portio periglottidis ex interiore parte exhibita: in qua vaginulae, papillis, quas continent, respondentes. Earum quae maiores sunt, in fundo praeditae foueolis, quae staminibus respondent, e quibus papillae constant.*

Albin. ibid. Fig. 11.

Fig. 28. *Pars linguae bouillae coctae.*

1. Substantia linguae, ex cuius cute exeunt papillae.
2. Rete perforatum tot foraminibus, quot e cute linguae papillae prodeunt
3. Epidermis vaginulis obsita, quibus papillae illae inhaeserant.

EXPLICATIO
T A B V L A E LVIII.

Situs viſcerum thoracis et abdominis.

Aperto thoracis et abdominis cauo adparent viſcera in ſitu ſuo. Reſciſſa ſunt integumenta pectoris cum muſculis, remotum eſt ſternum vna cum anteriori parte coſtarum et diaphragmatis: aperti ſunt ſacci pleurae: diſciſſa et reclinata ſunt integumenta abdominis cum muſculis et peritonaeo. Figura deſumta eſt a cadauere feminae obeſae, annorum XLII.

1—10. Coſta prima, ſecunda etc.
11. Glandulae thyreoideae pars.
12. Hac parte reſidet thymus, qui multa pinguedine tectus eſt.
13. Pericardium.
14. 15. Pulmo dexter. 14. Lobus eius ſuperior. 15. Lobus medius.
16. 17. Pulmo ſiniſter. 16. Lobus eius ſuperior. 17. Lobus inferior.
18. 18. 18. Diaphragma.
19. 20. Hepar. 19. Lobus eius dexter. 20. Lobus ſiniſter.
21. Veſiculae felleae fundus.
22. Ligamentum ſuſpenſorium hepatis.
23. — — teres, quod olim fuit vena vmbilicalis.
24. Ventriculus.
25. Pylorus.
26. Duodeni curuatura prima.
27. Lien, cuius parua tantummodo pars adparet.
28. 28. 28. Omentum gaſtro-colicum.
29. Omenti gaſtro-hepatici pars.

EXPLICATIO TABVLAE LIX.

Situs cordis et ventriculi.

Conf. Tab. LVIII.

Remota eſt pinguedo, quae vaſa maiora cordis obtegebat, reſciſſum quoque eſt pericardium. Eleuatum et verſus latus dextum reclinatum eſt hepar, vt melius in conſpectum veniat ventriculus. Reclinata et partim reſciſſa eſt omenti magni pars.

1—9. Coſta prima, ſecunda etc.
10. Glandulae thyreoideae pars.
11. Trachea.
12. Pulmonis dextri lobus ſuperior.
13. 14. Pulmo ſiniſter: 13. Lobus eius ſuperior, 14. inferior.
15—17. Cor: 15. Ventriculus pulmonalis ſ. dexter. 16. Auricula ſ. adpendix atrii dextri. 17. Ventriculus aorticus ſ. ſiniſter.
18. Arteriae pulmonalis truncus.
19. Aortae arcus.
20. Truncus communis arteriae carotidis et ſubclauiae dextrae.
21. Carotis ſiniſtra.
22. Art. ſubclauia ſiniſtra.
23. 24. Venae jugulares thoracicae, in venam cauam ſuperiorem confluentes: 23. ſiniſtra, 24. dextra.
25. 25. Reliquiae diaphragmatis.
26—29. Hepatis ſuperficies concaua.
26. Hepatis lobus dexter.
27. — — quadratus ſ. innominatus.
28. — — ſiniſter.
29. — lobus paruus ſ. Spigelii, omento gaſtro-hepatico tectus.
30. Veſicula fellea.
31. Acus, quae per hiatum Winslovii tranſit ac per omentum gaſtro-hepaticum pellucet.
32—36. Ventriculus.
32. Cardia.
33. Saccus coecus ventriculi.
34. 34. Curuatura ventriculi minor.
35. 35. — — — maior.
36. Pylorus.
37. Duodeni curuatura prima.
38. Lien, paullulum protractus.
39. 39. Omentum gaſtro-colicum.
40. 41. Ileon. 41. Pars huius inteſtini ad coecum tendens.
42—45. Colon: 42. dextrum, 43. tranſuerſum, 44. ſiniſtrum, 45. flexurae iliacae coli pars.

EXPLICATIO
TABVLAE LX.

Cor et inteſtina tenuia in ſitu.

Conf. Tab. LVIII. LIX.

Remoti ſunt pulmones cum bronchis et trachea. Reclinatum eſt colon, reſciſſo prius omento magno.

1—7. Coſta ſiniſtra prima, ſecunda, tertia etc. Coſtae lateris dextri facile intelliguntur.
8—11. Cor.
8. Ventriculus pulmonalis ſ. dexter.
9. Auricula ſ. adpendix atrii dextri.
10. Ventriculus aorticus ſ. ſiniſter.
11. Auricula ſ. adpendix atrii ſiniſtri.
12. Vena caua ſuperior.
13. — jugularis thoracica dextra.
14. — — — — ſiniſtra.
* Arteriae pulmonalis in ramos duos diuiſae truncus.
15. Aortae arcus.
16. Truncus communis arteriae carotidis et ſubclauiae dextrae.
17. Arteria carotis ſiniſtra.
18. — ſubclauia ſiniſtra.
19. Glandula thyreoidea obiter indicata.
20. Ieiunum.
21. 22. Ileon. 22. Pars huius inteſtini ad coecum transiens.
23. 24. 25. Colon: 23. dextrum. 24. transverſum. 25. ſiniſtrum.
26. 26. Pars flexurae iliacae.
27. 27. 27. Ligamentum coli anterius.
28. 29. 30. Meſocolon: 28. dextrum. 29. 29. transuerſum. 30. ſiniſtrum.
31. 31. 31. Meſocoli pars, quae in hoc cadavere pinguedine carebat.

EXPLICATIO
TABVLAE LXI.

Oesophagi et ventriculi ſitus.

Remotis omnibus thoracis viſceribus, reſciſſum eſt fere integrum diaphragma cum inteſtinis omnibus, praeter duodenum. Ablatum eſt peritonaeum a renibus et vaſis maioribus.

1. Glandula thyreoidea.
2. Trachea.
3. 3. Oeſophagus, cuius fibrae muſculares longitudinales remota tela celluloſa adparent.
4—6. Ventriculus, aëre inflato quodammodo distentus.
4. Cardia.
5. Saccus coecus ventriculi.
6. Pylorus.
7—9. Duodenum: 7. Curuatura eius prima, 8. ſecunda, 9. 9. tertia.
10. Ieiuni reſciſſi initium, filo conſtrictum.
11. Pancreas.
12. Lien.
13. 13. Omenti gaſtrocolici reſiduum.
14. Ren dexter.
15. Ren ſiniſter.
16. 16. Vreter dexter.
17. 17. — ſiniſter.
18. 18. 18. Diaphragmatis reliquiae.
19. 19. Aorta.
20. Vena caua inferior.
21. 21. Arteria ſpermatica interna cum vena ſocia.
22. 22. Art. iliaca, cum vena eiusdem nominis.
23. 23. Arteria cruralis, cum vena.
24. 24. — hypogaſtrica, cum vena.
25. Inteſtini recti, fecibus distenti et filo conſtricti, pars.
26. 26. Pſoas maior.
27. 27. Iliacus internus.
28. 28. Quadratus lumborum.
29. Vertebra lumborum quarta.
30. — — — quinta.
31. Oſſis ſacri promontorium.
32. 32. Coſta prima. Reliquae coſtae facile intelliguntur.

EXPLI-

EXPLICATIO TABVLAE LXII.

Viſcera thoracis et abdominis pueri neonati.

Fig. 1. *Diſciſſis reclinatisque integumentis ac muſculis remotaque parte coſtarum cum ſterno et mediaſtino, aperti ſunt ſacci pleurae, vt thoracis viſcera in conſpectum veniant: ablati quoque ſunt musculi Sternohyoidei, Sternothyreoidei et Omohyoidei. Simili modo abdominis cauum apertum eſt, diſciſſis reclinatisque partibus externis reſectaque portione anteriore diaphragmatis.*

1. Os hyoideum.
2. 2. Reliquiae Sternohyoidei et Omohyoidei.
3. 3. Remanens portio Sternothyreoidei, reclinata.
4. Cartilago thyreoidea.
5. 5. Hyothyreoideus.
6. 6. Glandula thyreoidea.
7. Trachea.
8. 8. Remanens pars Sternocleidomaſtoidei.
9. 9. Clauicula.
10. 10. Coſta prima.
11. 11. — nona.
12. Thymus.
13. 14. 15. Pulmo dexter: 13. Lobus eius ſuperior, 14. medius, 15. inferior.
16. 17. Pulmo ſiniſter: 16. Lobus ſuperior, 17. inferior.
18. Pericardium.
19. 19. Diaphragma.
20. 21. Hepar: 20. Lobus eius dexter, 21. ſiniſter.
22. Ligamentum ſuſpenſorium.
23. Vena vmbilicalis, reclinata.
24. Lien.
25. 26. Omentum gaſtrocolicum: 25. Pars eius, quae meſocolo incumbit. 26. Pars libere dependens.
27. 27. Colon transuerſum.
28. — ſiniſtrum.
29. — dextrum, ſeu potius ea eius pars, quae in adultis inteſtinum coecum format.
30. 30. 30. Iejunum, partim meconio repletum, partim aëre distentum.
31. 31. 31. Ileon.
32. Veſica vrinaria, cuius vertex reclinatus eſt.
33. 33. Arteria vmbilicalis.
34. Vrachus.
35. Interior ſuperficies peritonaei.
36. 36. Vena jugularis colli.
37. 37. — thyreoidea.
38. 38. — ſubclauia.
39. 39. Arteria carotis communis.
40. 40. — ſubclauia.
41. Oeſophagus quodammodo adparens.

Fig. 2. *Remotus est thymus remotum quoque pericardium. Eleuatum et versus latus dextrum reclinatum est hepar, vt ventriculus in conspectum veniat.*

1. 2. 3. 4. Cor: 1. Adpendix atrii venarum cauarum. 2. Ventriculus pulmonalis. 3. Adpendix atrii venarum pulmonalium. 4. Ventriculus aorticus. (Circumferentia cordis punctis in hepate notata est).
5. Arteria pulmonalis.
6. — aorta.
7. — subclauia sinistra.
8. — carotis sinistra.
9. Truncus communis carotidis et subclauiae dextrae.
10. Arteria carotis dextra.
11. — subclauia dextra.
12. Vena caua superior.
13. — jugularis thoracica dextra.
14. — — colli dextra.
15. — subclauia dextra.
16. — jugularis thoracica sinistra.
17. — — — colli sinistra.
18. — subclauia sinistra.
19. 20. 21. Hepatis superficies concaua seu inferior.
19. Hepatis lobus dexter.
20. — — quadratus.
21. — — sinister.
22. — — minimus s. Spigelii, per omentum gastro hepaticum pellucens.
23. Pars superficiei conuexae.
24. 24. 24. Margo acutus.
25. 25. Margo obtusus.
26. Vena vmbilicalis rescissa et reclinata.
27. Pons fossam venae vmbilicalis obtegens.
28. Vesicula fellea.
29. Diaphragmatis pars.
30. Lien.
31. Oesophagi pars, quae in ventriculum transit.
32. Alia oesophagi pars, in collo quodammodo conspicua.
33. Ventriculus.
34. Pylorus.
35. Duodeni pars.
36. 36. 36. Colon transuersum.
37. Colon dextrum.

Reliqua ex priori Figura facile intelliguntur.

EXPLI-

EXPLICATIO
TABVLAE LXIII.

Fig. I. *In thorace cor tantummodo adparet cum vasis maioribus, reliqua viscera ablata sunt. Ex abdomine remota sunt intestina tenuia: colon transuersum sursum reclinatum est. Conf. Tab. LXII.*

1. Cordis ventriculus pulmonalis s. dexter.
2. — — — aorticus s. sinister.
3. Adpendix atrii venarum cauarum.
4. — — — pulmonalium.
5. Arteria pulmonalis.
6. Aorta.
7. Truncus communis arteriae carotidis et subclauiae dextrae.
8. Carotis dextra.
9. Subclauia dextra.
10. Carotis sinistra.
11. Subclauia sinistra.
12. Vena caua inferior pericardio tecta.
13. — — superior.
14. — jugularis thoracica dextra.
15. — — — sinistra.
16. Trachea.
17. 17. Glandula thyreoidea.
18. Cartilago thyreoidea.
19. 19. Thyreohyoideus.
20. 20. Sternothyreoideus abscissus et reclinatus. (Remotus est Sternohyoideus).
21. 21. Pars Sternocleidomastoidei.
22. 22. Clauicula.
23. 23. Costa prima.
24. 24. — secunda. (Reliquae facile intelliguntur).
25. 25. Diaphragmatis rescissi reliquiae.
26. Colon transuersum.
27. — dextrum.
28. Pars coli sinistri.
29. Mesocolon transuersum.
30. Ventriculus quodammodo pellucens.
31. Saccus coecus ventriculi.
32. Lien.
33. Ren dexter.
34. Pars intestini coli, ex qua deinde coecum nascitur.
35. Adpendix vermiformis.
36. Ilei rescissi residuum.
37. Ieiuni initium.
38. Mesenterium.
39. 39. Flexura iliaca coli.
40. Mesocolon eiusdem partis.
41. Intestinum rectum.
42. Vesica vrinaria extra situm deorsum ducta.
43. 43. Arteriae vmbilicales.
44. Vrachus.

Fig. 2. *Remotis omnibus thoracis visceribus, rescissum est diaphragma cum intestinis omnibus, praeter duodenum. Peritonaeum a renibus et vasis maioribus quoque ablatum est.*

1. 1. Glandula thyreoidea.
2. 2. Reliquiae Sternocleidomastoidei.
3. 3. Sternothyreoideus abscissus et reclinatus. (Remotus est Sternohyoideus).

4. 4. Thyreohyoideus.
5. Cartilago thyreoidea.
6. 6. Clauicula.
7. Trachea.
8. 8. Oesophagus, cuius fibrae longitudinales adparent, remota tela cellulosa.
9—11. Ventriculus, aëre inflato paullulum distentus.
9. Cardia.
10. Saccus coecus ventriculi.
11. Pylorus.
12—14. Duodenum: 12. Curuatura prima, 13. secunda, 14. tertia.
15. Pancreas.
16. Lien.
17. Ren dexter.
18. — sinister.
19. Pars capsulae suprarenalis dextrae.
20. Diaphragmatis abscissi reliquiae.
21. Aortae arcus cum tribus ramis suis maioribus. Conf. Fig. 1. N. 7. 10. 11.
22. Ductus arteriosus BOTALLI.
23. Aorta descendens thoracica.
24. — — — abdominalis.
25. Arteria iliaca dextra.
26. — — sinistra.
27. 27. Vena caua.
28. Vena iliaca dextra.
29. — — sinistra.
30. 30. Arteria spermatica interna cum vena comite.
31. 31. Vreter, paullulum distentus.
32. Intestini recti residuum.
33. Vesica vrinaria extra situm deorsum ducta.
34. 34. Arteria vmbilicalis.
35. Vrachus.
36. 36. Costa prima. Reliquae per se patent.

Collum fulcri subiacentis ope eleuatum et tensum est: hinc clauicula a costis remotior ipsumque collum in ambabus Figuris magis elongatum cernitur.

EXPLI-

EXPLICATIO

TABVLAE LXIV.

Situs viſcerum thoracis et abdominis pueri X. dies nati, a tergo ſeu a poſteriori viſus.

Fig. 1. *Diſciſſis et reclinatis integumentis, reſecti ſunt muſculi ceruicales et dorſales cum arcubus vertebrarum et poſteriori parte coſtarum.*

1. 1. Coſta prima.
2. 2. — vndecima.
3. 3. — duodecima, diaphragmati et muſculis abdominalibus adhuc adhaerens.

Coſtae leni tractione ad latus dimotae ſunt, vt melius in conſpectum veniant pulmones.

4. 4. Vertebra colli ſexta.
5. 5. Os ſacrum.
6. 6. Glutaeus maximus.
7. 7. — — medius.
8. 8. 8. Dura meninx, quae medullam ſpinalem inuoluit.
9. Ea, quae caudam equinam inuoluit.
10. 10. Scapula ad latus paullulum remota.
11. 12. Pulmo ſiniſter: 11. Lobus ſuperior, 12. Lobus inferior.
13. 14. 15. Pulmo dexter: 13. Lobus ſuperior, 14. medius, 15. inferior.
16. 17. 18. 18. Diaphragma: 16. Pars, quae obtegit lobum hepatis ſiniſtrum ventriculum et lienem. 17. Pars, quae obtegit lobum hepatis dextrum. 18. 18. Pars, quae adhaeret coſtae duodecimae.
19. Capſula ſuprarenalis dextra.
20. Ren ſiniſter.
21. — dexter.
22. Pars inferior lobi hepatis dextri.
23. Colon ſiniſtrum.
24. Eiusdem flexura iliaca.
25. Pars inteſtini ilei.

Fig. 2. *Remota eſt medulla ſpinalis cum coſta duodecima et reſiduis vertebrarum, reſecta quoque eſt pars oſſis ilium cum toto oſſe ſacro et coccygis.*

1. 1. Coſta prima.
2. 2. Coſta undecima.
3. 3. Scapula ad latus paullulum remota.
4. 4. Vena jugularis interna.
5. 5. Arteria carotis communis.
6. 6. — ſubclauia.
7. 7. — thyreoidea inferior.
8. Pars arcus aortae.
9. 10. Aorta deſcendens: 9. thoracica, 10. abdominalis.
11. Diuiſio aortae in arterias iliacas.
12. Arteria ſacra media.

Arteriae intercoſtales, renales, lumbales etc numeris notatae non ſunt.

13. Vena azygos abſciſſa.
14. Vena caua inferior.
15. — renalis ſ. emulgens ſiniſtra.

16. Vena renalis dextra, quae in hoc cadavere duplex erat.
17. Locus, vbi venae iliacae in cauam confluunt.
18. 18. Neruus vagus.
19. 19. Glandulae thyreoideae facies posterior. In sinistro latere vasa sanguifera hamuli ope paullulum ad latus ducta sunt, vt major pars glandulae in conspectum veniat.
20. Inferior pars pharyngis.
21. 21. Prominens pars cartilaginis thyreoideae.
22. Oesophagus.
23. Oesophagus in ventriculum se demergens.
24. Ventriculus, cujus pars tantummodo in conspectum venit.
26. 27. Pulmo sinister: 26. Lobus superior, 27. inferior.
28. 29. 30. Pulmo dexter: 28. Lobus superior, 29. medius, 30. inferior.
31. 31. 31. Residuum diaphragmatis resecti.
32. 32. — — musculorum abdominalium.
33. Lien.
34. Particula pancreatis.
35. 36. 37. Hepar: 35. Lobus sinister, 36. dexter. 37. Processus caudatus.
38. Capsula suprarenalis sinistra.
39. — — — dextra.
40. Ren sinister.
41. — dexter.
42. Vreter sinister.
43. — dexter.
44. 44. Vasa spermatica.
45. Colon sinistrum.
46. Eius flexura iliaca.
46. Pars duodeni.
47. 47. Pars jeiuni, per peritonaeum pellucentis.
49. 49. Particula intestini ilei.
50. Intestinum rectum.

Fig. 3. *Pleurae superficies interior. Haec pleurae pars per aliquod tempus macerationi in aqua fontana subiecta fuit, vt melius fibrosa huius membranae structura adpareret. Praeparatum sub microscopio paullulum augente delineatum est.*

Fig. 4. *Eiusdem membranae superficies exterior, quae musculis intercostalibus obversa est.*

Eodem modo haec pars praeparata et microscopio subiecta fuit. Adparet cellulosa et fibrosa structura. Hinc et inde glebulae pinguedinis conspiciuntur.

Fig. 5. *Peritonaei superficies interna, eodem modo praeparata et microscopio subiecta.*

Fig. 6. *Peritonaei superficies externa, quae musculis abdominalibus obuersa est, eadem ratione praeparata ac delineata.*

1. Pars, cui vagina posterior musculi recti abdominis adhuc inhaeret.
2. Pars, quae nuda est.

EXPLICATIO
TABVLAE LXV.

Fig. 1. *Parotis cum ductu* Stenoniano.

Santorini *Tabul. septemd. posthum.* Tab. I. (⅔)

1. Frontalis.
2. 2. 3. 3. Orbicularis palpebrarum: 2. 2. stratum eius externum, 3. 3. internum.
4. Oc ipitalis.
5 Attollens auriculae.
6. Temporalis.
7. Arcus zygomaticus.
8 Zygomaticus minor.
9. — maior.
10. 10. 10. Masseter.
11. Leuator anguli oris.
12. — labii superioris proprius.
13 — — — alaeque nasi.
14. Compressor nasi.
15. Nasalis labii superioris.
16. 16. Orbicularis oris.
17. 17. Buccinator.
18. Depressor anguli oris.
19. Quadratus menti.
20. 20. 20. Platysmamyoides.,
21 Sternocleidomastoideus.
22. Splenius capitis.
23 Cucullaris.
24 Processus condyloideus maxillae inferioris.
25. 25. *Parotis.*
26. *Ductus* Stenonianvs.
27. Glandulae maxillaris pars.

Fig. 2. *Glandula maxillaris et sublingualis cum vicinis partibus.*

Jo. Barth. Siebold *Histor. system. salival.* (Jen. 1797. 4.) Tab. II. (⅔).

1. Meatus auditorius externus.
2. Processus styloideus.
3. Processus mammillaris.
4. Ramus dexter maxillae inferioris, serra resectus.
5. Eiusdem maxillae corpus, ad symphysin resectum.
6. Trachea.
7. Lingua, versus sinistrum latus ducta.
8. Frenulum linguae.
9. Glandula thyreoidea.
10. Zygomatici maioris pars.
11. Masseter.
12. Sternocleidomastoideus; cuius aliqua pars remota est, vt nerui accessorii filamenta conspicua reddantur.
13. Styloglossus.
14. Stylohyoideus.
15. Digastrici venter posterior.

16. Eiusdem musculi venter anterior, abscissus et reclinatus.
17. Rectus capitis anterior maior.
18. Mylohyoideus.
19. Geniohyoideus.
20. Hyothyreoideus.
21. Sternothyreoideus.
22. Sternohyoideus.
23. Omohyoidei, abscissi et reclinati.
24. Carotis communis dextra.
25. — — sinistra.

Harum arteriarum rami numeris notati non sunt.

26. Neruus temporalis cutaneus, ex ramo tertio nerui trigemini.
27. Neruus durus.
28. N. sympathicus.
29. N. hypoglossus.
30. N. vagus.
31. Nerui ceruicalis primi ramus descendens ad secundum.
32. N. ceruicalis secundus.
33. — — tertius.
34. — — quartus.
35. — — quintus.
36. — accessorius.
37. Ramus lingualis nerui trigemini.
38. — mylohyoideus ex neruo maxillari inferiori.
39. Parotidis pars, ramo maxillae inferioris incumbens.
40. *Parotis accessoria.*
41. *Ductus* STENONIANVS, qui ex parotide prodit abscissus, ad Buccinatorem transiens.
42. *Glandula maxillaris.*
43. *Glandula sublingualis*, cum maxillari connexa.
44. *Ductus* WHARTONIANUS cum radiculis suis.
45. 45. Setae in ostiolum vtriusque ductus WHARTONIANI (nempe dextri et sinistri) immissae, ad latus frenuli linguae.
46. Nouem setae in ostiola ductuum propriorum glandulae sublingualis immissae.

FIG. 3. *Oris cauum, prout adparet, discisso vtroque angulo et reflexis labiis.*

1. Labium superius, reuolutum.
2. Frenulum eius.
3. Labium inferius, reuolutum.
4. Frenulum eius.
5. 5. Interna facies buccarum.
6. 6. Ostium quo ductus STENONIANUS in oris cauum in regione dentis molaris tertii aperitur.
7. Palatum molle.
8. 8. Arcus anterior palati mollis.
9. 9. — posterior.
10. Vuula.
11. 11. Tonsillae.
12. Lingua.

FIG. 4. *Labia oris ab interiori visa, cum glandulis labialibus et buccalibus, quae remota tunica interna in conspectum veniunt.*

1. Residua pars cutis internae labii superioris.
2. — — — — — inferioris.
3. 3. Reliquiae Orbicularis oris.
4. 4. *Glandulae labiales.*
5. 5. *Glandulae buccales.*
6. 6. Ductus STENONIANUS.
7. 7. Ostium, quo hic ductus aperitur.

FIG. 5. *Frenulum linguae.*

1. Labium inferius, reflexum.
2. Frenulum eius.
3. 3. Gingiua.
4. 4. Lingua, eleuata et sursum reflexa, vt inferior facies in conspectum veniat.
5. 5. Venae raninae.
6. *Frenulum linguae.*
7. 7. Glandulae sublingualis apex, ab eleuata lingua et tenso frenulo prominens. In hac parte aperitur ductus WHARTONIANUS.

FIG. 6. *Palatum stabile et molle.*

ALBIN. *Academ. Ann.* Lib. III. Tab. III. Fig. 1.

1. Palatum stabile, intra ordinem dentium superiorum.
2. Palatum molle.
3. Uvula.
4. Rugae palati.
5. Tuberculum pone dentes incisiuos.

6. Li-

6. Linea palati.
7. 7. Foraminula in palato ſtabili et molli uvulaque.
8. 8. Tonſillae.
9. Choanae.

Fig. 7. *Palatum ſtabile et molle cum vicinis partibus.*

Santorini *Tabul. ſeptemd. poſthum.* Tab. VII. (⅔)

1. Linguae ex ſua ſede depoſitae dorſum.
2. Glandula ſublingualis.
3. Summa epiglottidis pars.
4. Uvula.
5. 5. Arcus poſterior palati mollis.
6. 6. Gloſſopalatinus ſ. Conſtrictor iſthmi faucium, in arcu anteriore palati mollis decurrens.
7. 7. Tonſillae.
8. Oscula tonſillae.
9. 9. Palatopharyngeus dexter et ſiniſter.
10. Leuatorum palati mollis fibrae, in palato molli confluentes.
11. 11. Circumflexus palati dexter et ſiniſter.
12. 12. Hamulus pterygoideus.
13. 13. Mylopharyngeus dexter et ſiniſter.
14. Styloglоſſus.
15. 15. Pterygoideus internus.
16. 16. Maxillae inferioris latera, ſerra transuerſim reſecta.
17. 17. Angulus maxillae.
18. 18. Oſſa palatina, quae remoto ex parte palato ſtabili in conſpectum veniunt.
19. 19. Palatum ſtabile.
20. Rugae pone dentes inciſiuos.
21. Linea, ſecundum longitudinem palati decurrens.

Fig. 8. *Palati mollis facies poſterior, diſciſſa per longitudinem pharynge in conſpectum veniens.*

Santorin. l. c. Tab. VI. Fig. 2. (⅔)

1. 1. Pharyngis facies interior pluribus glandulis obſita.
2. 2. Pars Conſtrictoris pharyngis ſuperioris.
3. Vomer.
4. 4. Choanae.
5. 5. Tubae Eustachianae cartilagineae pars poſterior, nuda.
6. Specillum in ſiniſtram tubam immiſſum.
7. 7. Leuator palati mollis.
8. Azygos uvulae, in hoc ſpecimine duplex.
9. Palatopharyngeus.
10. Lingua.
11. 11. Tonſillae.
12. Epiglottis.
13. Glottis cum ligamentis ſuis.
14. Stylopharyngeus.
15. Styloglоſſus.
16. Stylohyoideus.

EXPLICATIO
TABVLAE LXVI.

Fig. 1. *Glandula thyreoidea, ex cadauere viri quadraginta annorum deſumta.*

1. 1. 1. Cartilago thyreoidea.
2. — cricoidea.
3. Ligamentum cricothyreoideum medium.
4. 5. 6. 7. Annulus cartilagineus quintus, ſextus, ſeptimus, octauus, nonus tracheae.
8. 8. 8. 8 8. Membrana muſculoſa, hosce annulos inter ſe nectens.
9. 10. 11. *Glandula thyreoidea:* 9. 10. eius partes laterales, 11. pars media.

Fig. 2. *Larynx et trachea viri triginta quinque annos nati, ab anteriori.*

1. Oſſis hyoidei baſis ſ. corpus.
2. 2 — — cornua maiora.
3 3 — — — minora.
4. 4. Epiglottis, remota illa membrana, quae ſpatium inter os hyoideum et cartilaginem thyreoideam occupat, adparens.
5. Ligamentum thyreohyoideum medium.
6. 6. Cartilaginis thyreoideae plana duo.
7. 7. Eiusdem cartilaginis proceſſus ſuperior.
8. 8. Eiusdem cartilaginis proceſſus inferior.
9. Cartilaginis cricoideae pars anterior.
10. Cartilaginis cricoideae pars poſterior.
11. 11. Trachea.
12. 12. Bronchorum pars.

Remota eſt membrana muſculoſa, quae inter annulos cartilagineos tracheae et bronchorum intercedit: hinc annuli cartilaginei propius ſibi adcumbunt, quam in prima Figura, in qua illa membrana adhuc adeſt. Paſſim duo annuli cartilaginei in vnum confluunt. Praeparatum in ſpiritu frumenti ſeruatum ac filo ſuſpenſum erat, dum delinearetur: hinc cartilagines minus a ſe inuicem diſtant.

Fig. 3. *Eaedem partes ab anteriori.*

1. 2. 3. 4. Vt in praecedente Figura.
5. 5. Cartilaginis thyreoideae plana duo.
6. 6. — — proceſſus ſuperior.
7. 7. Ligamentum thyreohyoideum laterale.
8. 8. Oſſiculum ouale, quod in illo ligamento occurrit.
9. 9 Cartilaginis thyreoideae proceſſus inferior, qui membranae capſularis ope cartilagini cricoideae jungitur.

10 10.

10, 10. Cartilaginis cricoideae pars posterior. Numeri inscripti sunt foueis, quibus insident Cricoarytaenoidei postici.

11, 11. Cartilagines arytaenoideae.

12, 12. Membrana musculoso - glandulosa, quae complementum annulorum cartilagineorum tracheae et bronchorum constituit.

Detracta est membrana cellulosa, quae membranam illam musculoso-glandulosam obtegit: hinc non solum glandulae muciparae distincte adparent, sed cernuntur quoque fibrae musculares transuersae cum nonnullis fibris longitudinalibus, quae prioribus superimpositae et quoad maximam partem cum membrana cellulosa remotae sunt.

Fig. 4. *Cartilaginis thyreoideae facies anterior.* Confer. Fig. 1.

1. 1. Planum dextrum.
2. 2. — sinistrum.
3. 3. Linea obliqua.
4. Angulus, ex planorum concursu enatus.
5. Incisura.
6. 6. Processus superiores.
7. 7. Officulum ouale. Conf. Fig. 3. Num. 8.
8. 8. Processus inferiores.
9. Superficies articularis, qua processus inferior jungitur cartilagini cricoideae. Conf. Fig. 3. Num. 9.
10. Foramen rarius occurrens, per quod transibat arteria laryngea cum vena socia.

Fig. 5. *Eiusdem cartilaginis thyreoideae facies posterior.*

1. 1. Planum dextrum.
2. 2. — sinistrum.
3. Planorum concursus,
4. Incisura.
5. 5. Processus superiores.
6. 6. Officula oualia.
7. 7. Processus inferiores.

Fig. 6. *Cartilaginis cricoideae facies anterior.* Conf. Fig. 1.

1. Pars anterior.
2. Partis superioris superficies interna.
3. 3. Facies laeuis, cui insidet basis cartilaginis arytaenoideae.
4. 4. Regio, cui adcumbit processus inferior cartilaginis thyreoideae.

Fig. 7. *Eiusdem cartilaginis facies posterior.*

1. 1. Fouea, in quouis latere, cui insidet Cricoarytaenoideus posticus.
2. Linea eminens, qua fouea dextra a sinistra distinguitur.

Fig. 8. *Cartilaginis arytaenoideae dextrae facies anterior.*

1. 1. Basis.
2. Apex.
3. Corniculum s. capitulum apici insidens.

Fig. 9. *Eiusdem cartilaginis facies posterior.*

1. 2. 3. Vt in praecedente Figura.
4. Laeuis faciecula, qua cartilagini cricoideae membranae capsularis ope jungitur.

Fig. 10. *Larynx per longitudinem discissus, vt interior superficies adpareat.*

1. 1. Cartilago cricoidea discissa.
2. 2. Cricoarytaenoideus posticus.
3. 3. Membrana musculoso - glandulosa discissa. Conf. Fig. 3. Num. 12.
4. 4. Plana duo cartilaginis thyreoideae.
5. 5. Processus superiores eiusdem cartilaginis.
6. 6. Officula oualia.
7. 7. Pars ligamenti thyreohyoidei lateralis resecti.
8. 8. Cartilagines arytaenoideae.
9. 9. Membrana, quae a quauis cartilagine arytaenoidea ad epiglottidem procedit.
10. 11. 12. *Epiglottis:* 10. pars media, 11. basis, 12. apex.
13. Ligamentum thyreoepiglotticum.
14. *Ligamentum glottidis superius* dextrum.
15. — — *inferius* dextrum.
16. *Ventriculus laryngis* dexter.

Eae-

Eaedem partes in ſiniſtro latere numeris notatae non ſunt.

17. Interior facies laryngis.

18. — — tracheae.

In facie interna epiglottidis ac laryngis et tracheae adparent plura oſtiola glandularum muciparum, quibus hae partes abundant.

Fig. 11. *Glandula cartilaginis arytaenoideae.*

1. Cartilago cricoidea, a ſiniſtro latere ſpectata.
2. Cartilaginis thyreoideae proceſſus inferior.
3. Eiusdem cartilaginis proceſſus ſuperior.
4. Eiusdem cartilaginis planum ſiniſtrum, obiter indicatum.
5. Cartilago arytaenoidea ſiniſtra.
6. — — dextra.
7. Epiglottis.
8. Membrana, quae a cartilagine arytaenoidea ad epiglottidem procedit.
9. *Glandula cartilaginis arytaenoideae.*

Diſciſſa in medio cartilago thyreoidea paullulum ad latus ducta eſt, ad oſtendendam glandulam.

Fig. 12. *Bronchi cum glandulis ſuis, ab anteriori.*

1. Tracheae pars.
2. Bronchus dexter.
3. 3. 3. Rami eius maiores, abſciſſi.
4. Bronchus ſiniſter.
5. 5. 5. Rami eius maiores, abſciſſi.
6. 6. 6. 6. *Glandulae bronchiales.*

Annuli cartilaginei tracheae et bronchorum ſibi inuicem iuncti ſunt ope membranae, quae fibris muſcularibus longitudinalibus inſtructa eſt.

Fig. 13. *Bronchi cum glandulis ſuis, a poſteriori.*

1. 1. 1. Membrana muſculoſo - glanduloſa, quae complementum annulorum cartilagineorum tracheae et bronchorum conſtituit. Conf. Fig. 3. Num. 12.

2. 2. 2. *Glandulae bronchiales.*

Fibrae muſculares longitudinales membranae muſculoſo - glanduloſae diſtinctius adparent in bronchis, quam in trachea.

Fig. 14. *Cor fetus maturi, cera repletum, cum vaſis pulmonalibus.*

Cheselden's *Anatomy* Tab. XXXIV.

1. Ventriculus dexter.
2. Atrium dextrum.
3. — ſiniſtrum.
4. Venae pulmonales dextri lateris.
5. — — ſiniſtri lateris, reſectae.
6. Arteriae pulmonalis truncus.
7. — — ramus ſiniſter.
8. Ramuli minores huius arteriae, ad ſiniſtrum pulmonem pertinentes.
9. Ramus arteriae pulmonalis dexter, reſectus.
10. Aorta.
11. Ductus arterioſus Botalli.
12. Vena caua ſuperior.

Fig. 15. *Diuiſio rami maioris bronchi in minores ramos ac ſurculos.*

Ruysch *Theſ. anat. VII.* Tab. III. Fig. 3.

1. Ramus maior.
2. 2. 2. Minores ſurculi.

Omnes rami cum ſurculis ſuis materia ceracea repleti ſunt.

EXPLI-

EXPLICATIO
TABVLAE LXVII.

Fig. 1. *Pulmones juuenis annorum XVIII. ab anteriori.*

1 — 9. *Pulmo dexter:* 1 — 3. ſuperficies exterior.
1. Lobus ſuperior.
2. — medius.
3. — inferior.
4. Inciſura, quae lobum ſuperiorem diſtinguit a medio.
5. Inciſura, quae lobum medium diſtinguit ab inferiori.
6. Superficies inferior, diaphragmati obuerſa.
7. 7. 7. Margo inferior.
8. 8. — anterior.
9. Apex pulmonis.
10 — 16. *Pulmo ſiniſter:* 10. 11. ſuperficies exterior.
10. Lobus ſuperior.
11. — inferior.
12. Sulcus inter lobum ſuperiorem et inferiorem.
13. Superficies inferior, diaphragmati obuerſa.
14. 14. Margo inferior.
15. 15. — anterior.
16. Apex pulmonis.
17. Pericardium diſciſſum et retractum.
18. Cor.

Fig. 2. *Iidem pulmones a poſteriori.*

1 — 7. *Pulmo dexter:* 1. 2. ſuperficies exterior.
1. Lobus ſuperior.
2. Lobus medius et inferior, qui poſterius cohaerent vnumque lobum formant.
3. Inciſura, quae lobum ſuperiorem diſtinguit a medio.
4. 4. Margo poſterior.
5. 5. — inferior.
6. Superficies inferior.
7. Apex pulmonis.
8 — 10. *Pulmo ſiniſter:* 8. 9. ſuperficies exterior.
10. Sulcus, qui hosce lobos a ſe inuicem diſtinguit.
11. 11. Margo poſterior.
12. 12. — inferior.
13. Superficies inferior.
14. Apex pulmonis.
15. Pericardium, cor continens.
16. Venae cauae inferioris introitus in cordis atrium dextrum.

17. Vena pulmonalis inferior dextra.
18. Vena pulmonalis inferior ſiniſtra.
19. Aorta, ſub arcu reſecta.
20. Trachea.
21. Bronchus dexter,
22. — ſinifter.
23. 23. 23. Glandulae bronchiales.

Fig. 3. *Pulmo dexter ex eodem cadauere, á latere viſus.*

1 — 9. Vt in Figura 1.

Fig. 4. *Lobuli minores pulmonis dextri cum cellulis ſ. veſiculis aereis fortiter inflatis.*

Fig. 5. *Pulmonis ſiniſtri vaſa per corroſionem praeparata. — In ipſo praeparato rami arteriae pulmonalis rubra cera repleti ſunt, rami venarum pulmonalium viridi, rami bronchorum flaua: in hac icone venae distinguuntur ab arteriis profundiori vmbra, bronchorum vero rami a reliquis vaſis ita distincti ſunt, vt omni fere vmbra careant.*

Fig. 6. *Arteriae et venae bronchialis dextrae rami, qui ramos bronchorum comitantur.*

1. Oeſophagus, paullulum ad latus ductus.
2. Trachea.
3. Bronchus dexter.
4. 4. Rami bronchorum.
5. Arteria bronchialis dextra ſuperior, ex aorta nata.
6. Arteria bronchialis dextra inferior, etiam ex aorta nata.
7. Vena bronchialis dextra ſuperior, in venam azygam deſinens.
8. Vena bronchialis dextra inferior, etiam in azygam deſinens.

Ramuli vaſorum per ſe patent.

Fig. 7. *Portio pleurae, arteriis innumeris inſtructa et aciculorum ope in planum extenſa. Ramuli arterioſi ex intercoſtalibus oriundi adparent, quorum ſurculi per faciem pleurae coſtas reſpicientem exſpatiantur.*

Ruysch *Epiſt. anat. II.* Tab. II. Fig. 1.

EXPLI-

EXPLICATIO
TABVLAE LXVIII.

Fig. 1. *Pharyngis facies posterior.*

Santorini *Tabul. septemd. posthum.* Tab. VI. Fig. 1. (⅔).

1. 1. Pharyngis summa portio, obiter indicata, cuius dextra pars discissa et reuoluta est.
2. Tuberculum, quod est extremitas cartilaginea tubae Eustachianae dextrae.
3. Specillum in tubam immissum.
4. Septi narium pars posterior.
5. 5. Choanae.
6. 6. Pterygopharyngei fibrae, ab ala pterygoidea interna profectae.
7. 7. Eiusdem musculi fibrae illae, quae ab hamulo pterygoideo oriuntur.
8. 8. Mylopharyngei.
9. 9. Glossopharyngei.
10. Stylopharyngeus dexter, abscissus.
11. Processus styloideus sinister.
12. 12. Stylopharyngeus eiusdem lateris.
13. Styloglossus.
14. 14. Stylohyoideus.
15. Digastricus maxillae, reclinatus.
16. 16. Cornu maius ossis hyoidei, in vtroque latere prominens.
17. 17. 17. Fibrae ab osse hyoideo profectae, quae Ceratoglossum et Chondroglossum constituunt.
18. 18. Syndesmopharyngei.
19. 19. Thyreopharyngei.
20. 20. 20. 20. Cricopharyngei.
21. Oesophagi principium.
22. 22. 22. Linea tendinea, quae pharyngem per totam sui longitudinem diuidit.
23. 23. Trachea.
24. 24. Glandula thyreoidea.
25. 25. Glandula maxillaris.
26. Fibrae, quae a Glossopharyngeo ad glandulam maxillarem tendinemque Digastrici disperguntur.
27. Angulus maxillae inferioris.
28. Pterygoideus internus.
29. Masseter.
30. Parotis.

Conf. Tab. XXXIII. Fig. 23—30.

Fig. 2. *Pars oesophagi ex cadauere virili desumta, ab exteriori spectata et naturali magnitudine repraesentata.*

1. 1. 1. 1. Fibrae musculares *longitudinales* s. externae.
2. 2. Fibrae *circulares* s. internae, quae remotis fibris longitudinalibus adparent.
3. 3. 3. 3. Margo fibrarum longitudinalium, eam ob caussam discissarum et remotarum, vt fibrae circulares in conspectum veniant.

Fig. 3. *Oesophagi eiusdem facies interna, prout discissa et in aqua explicata portione illius adparet.*

1. 1. Superior pars, pharyngi continua ab illoque abscissa. Plicas maiores et magis obliquas sub aqua monstrabat.
2. 2. 2. Tunica interna, plicas seu rugas longitudinales formans.
3. 3. 3. 3. Tubercula ab induratis et prominentibus glandulis muciparis enata.
4. 4. 4. Vasorum sanguine turgentium ramuli, hic et illic conspicui.
5. Tunica neruea, quae, soluta tunica interna, hic cernitur.

Fig. 4. *Fibrae musculares ventriculi, prout, remota tunica externa, adparebant in ventriculo virili, aëre distento.*

1. Oesophagi pars.
2. Cardia.
3. Curuatura minor.
4. 4. Curuatura maior.
5. Saccus coecus.
6. Pylorus.
7. Duodeni pars, membrana sua, quae a peritonaeo oritur, tecta.
8. 8. 8. Residuum tunicae ventriculi externae, reuolutae ac resectae.
9. Fibrae longitudinales oesophagi, quae in fibras longitudinales ventriculi continuantur.
10. 10. 10. 10. *Fibrae longitudinales ventriculi,* quae externum stratum constituunt.
11. 11. 11. *Fibrae circulares,* quae stratum medium formant. Incipiunt a sacco coeco, pergunt per totum corpus ventriculi tandemque junguntur fibris circularibus duodeni.
12. 13. 13. *Fibrae obliquae,* quae tertium stratum componunt et sub circularibus tunicam nerueam immediate obtegunt. 12. Pars harum fibrarum, quae remotis longitudinalibus et circularibus denudata est: 13. 13. Pars, quae per circulares pellucet.
14. 14. Fibrae circulares duodeni.

Fig. 5. *Hominis prouectioris aetatis portio ventriculi inuersi.*

Ruysch *Thesaur. anat. II.* Tab. V. Fig. 2.

Inspiciuntur plicae nonnihil prominentes cum poris suis innumeris.

Fig. 6. *Duodeni et ventriculi portio, in aqua explicata, per minorem curuaturam secta.*

H. P. Leveling in Sandifort *Thesaur. Diss.* Vol. III. Tab. III. Fig. 1. (⅔)

1. Duodeni portio.
2. Ventriculi portio.
3. Pylorus.
4. Omenti pars, discissa in medio.
5. Longitudinalium fibrarum stratum, a curuatura minori ventriculi per duodeni portionem decurrens.
6. Fibrarum circularium stratum.
7. Fibrae circulares concurrentes, vt limbum propendentem carnosum constituant.
8. 8. Tunica neruea.
9. 9. — interna.
10. Ventriculi rugae, longitudinaliter versus pylorum decurrentes.

Fig. 7. *Portio duodeni et ventriculi a curuatura minori visa, inuersa, distenta aëre.*

Leveling, ibid. Fig. 2. (⅔).

1. 1. Duodeni portio.
2. 2. Pars ventriculi.
3. 4. Fibrae circulares ad latera deflectentes, 3. inferius, 4. superius.
5. Fibrae horizonti parallelae.
6. Fibrae, sese quodammodo decussantes.
7. Limbus muscularis, pylorum efficiens.
8. Tunica interna reflexa cum neruea duodeni.
9. — — — — — ventriculi.
10. Fibrae circulares duodeni.

Fig. 8. *Duodeni inter hepar atque renem descensus decursusque pone mesenterium, sublato ventriculo.*

Sandifort *Tabul. intest. duoden.* Tab. II. Fig. 2.

1. Ventriculus, sursum sic reclinatus, vt curuatura eius inferior jam sit superior.
2. 2. Curuatura ventriculi maior, vnde abscissum omentum est.
3. Pylorus.
4. 5. 6. Duodenum: 4. curuatura prima, 5. secunda, 6. tertia.

7. Hae

7. Hac parte duodeni curuatura tertia ſeſe ſubiicit meſocolo.
8. Jeiuni principium.
9. Lien.
10. Ren dexter.
11. 11. Hepar.
12. Veſicula fellea.
13. 13. Meſenterium.
14. 14. Pancreatis pars.

Fig. 9. *Interiora ventriculi et duodeni, ſuperficie horum viſcerum anteriore ſectionis ope ablata, reclinato hepate, abſciſſa ea meſocoli portione, quae ante inteſtinum duodenum deſcendit.*

Sandifort, ibid. Fig. 3.

1. 1. 1. Hepar, margini thoracis adpreſſum.
2. Veſicula fellea.
3. 3. Cauum ventriculi, eiusque facies poſterior.
4. 4. Margo ventriculi ſecti.
5. Cardia.
6. Pylorus, medio diſſectus, ſic, vt prominentis valuulae portio poſterior adpareat.
7. 7. 7. Duodenum apertum.
8. Jeiuni portio.
9. Pancreas.
10. Oſtium commune ductus pancreatici et choledochi.
11. Ren dexter.
12. Lien.
13. 13. Meſenterii pars.

Fig. 10. *Ventriculi, hepatis, lienis, duodeni, aliorumque inteſtinorum ſitus, a poſteriori.*

Sandifort, ibid. Tab. IV. Fig. 1.

1. 1. Diaphragmatis partes ſurſum reclinatae.
2. Oeſophagus, per diaphragma ad ventriculum tendens.
3. Ventriculus, maxime verſus ſiniſtrum latus expanſus.
4. Hepatis lobus dexter.
5. Vena caua inferior, juxta hepar adſcendens illudque penetrans.
6. Lien.
7. Pancreas, a liene pone ventriculum ad duodenum tendens.
8. 8. 8. Duodenum.
9. Vaſorum hepaticorum faſciculus.
10. Radix meſenterii, a lumbis ſeparata.
11. 11. Meſenterium, infra duodenum rurſus ſeſe manifeſtans.
12. 12. etc. Inteſtinorum tenuium gyri.
13. 13. 13. Coli pars, ad peluim tendens.

EXPLICATIO
TABVLAE LXIX.

Fig. 1. *Inteſtini duodeni aperti figura.*

Santorini *Tabul. ſeptemd. poſth.* Tab. XII. (?).

1. Pars ventriculi, a reliquo exſciſa et explicata, in qua glandulae muciparae quodammodo adparent.
2. Pylorus.
3. 3. 3. 3 Inteſtini duodeni diſſecti et explicati maxima portio. In principio eius ſub pyloro nullae rugae adparent: reliqua pars valuulas ſuas conniuentes monſtrat.
4. Pars ductus hepatici diſciſſi.
5. Ductus cyſticus.
6. Ductus choledochus.
7. Pancreatis pars.
8. Oſtium commune ductus choledochi et pancreatici, quod in carunculae aut papillae formam eleuatur.
9. Oſtiolum peculiare ductus pancreatici acceſſorii, a pancreate paruo aduenientis, et in hoc ſpecimine peculiari apertura in duodenum deſinentis.

Fig. 2. *Menſenterium, in externam duodeni tunicam continuatum.*

Sandifort *Tabb. inteſtini duodeni,* Tab. III. Fig. 3.

1. Peritonaeum a lumbis ſeparatum et in meſocolon ſiniſtrum abeuns.
2. 2. 2. Meſocoli, a colo reſecti, pars media.
3. Meſenterium, verſus latus dextrum in varias plicas compoſitum.
4. Ieiuni principium. ſurſum reflexum.
5. 5. Meſenterii lamella externa, ieiunum inueſtiens.

Fig. 3. *Meſocoli a peritonaeo ortus eiusque cum menſenterio confluxus: coli nexus cum meſocolo: ilei in coecum tranſitus: duodeni ex camera abdominis ſuperiore in inferiorem progreſſus.*

Sandifort *ibid.* Fig. 1.

1. Peritonaeum, lumbis adpoſitum, verſus ſiniſtrum latus tendens et meſocolon ſiniſtrum formans.
2. 2. Meſocolon ſiniſtrum.
3. — transuerſum.
4. 4. — dextrum.
5. Meſocoli confluxus cum meſenterio.
6. 6. Meſenterium.
7. 7. 7. Fimbriae meſenterii, a quibus abſciſſa ſunt inteſtina tenuia.
8. Inteſtini ilei finis.

9. Coe-

9. Coecum, cuius adpendix vermiformis pone hoc inteſtinum adeo contortum erat, vt hoc in ſitu conſpici non poſſet.
10. 10. Colon dextrum.
11. 11. 11. Colon transuerſum.
12. 12. — ſiniſtrum.
13. Pars flexurae iliacae coli.
14. 14. 14. Ligamentum coli maius ſeu anterius.
15. Duodenum, ex ſuperiori abdominis camera in inferiorem penetrans et jeiuni nomine jam inſignitum.

Fig. 4. *Ventriculi, hepatis, lienis, duodeni ſitus a parte anteriore, una cum vaſis, quae pone inteſtinum dictum incedunt.*

Sandifort *ibid.* Tab. II. Fig. 1.

1. 1. 1. 1. Peritonaeum, vna cum muſculis et integumentis diſſectum et reclinatum.
2. 2. Hepar.
3. Veſicula fellea.
4. Ligamentum ſuſpenſorium.
5. Ventriculus.
6. Pylorus.
7. 8. 9. *Duodenum:* 7. curuatura prima, 8. ſecunda, 9. tertia.
10. Jeiunum.
11. Lien.
12. 12. Meſenterium, a quo inteſtina tenuia reſciſſa ſunt, verſus latus ſiniſtrum reclinatum.
13. Ren dexter.
14. 14. Vreteres.
15. Veſica vrinaria.
16. Aorta.
17. Vena caua inferior.
18. 18. Vaſa ſpermatica.

Fig. 5. *Confinia inteſtini craſſi et tenuis embryonis humani, inuerſa.*

Albini *Academ. annotat.* Lib. VI. Tab. II. Fig. 7.

1. Inteſtinum craſſum, quod, paullatim anguſtatum, fit adpendix vermiformis.
2. 2. Adpendix vermiformis, ſenſim quoque anguſtior.
3. 3. Inteſtinum tenue, nempe pars inteſtini ilei.

Tenue inteſtinum villoſum eſt, craſſum et adpendix vermiformis absque villis.

In craſſo et adpendice vermiformi adparent ſtigmata, oscula glandularum muciparարum: nulla eiusmodi in inteſtino tenui.

Fig. 6. *Principium inteſtini craſſi cum extremo inteſtini ilei hominis adulti, per longitudinem reſecta parte dimidia, explicatum in aqua. Magnitudo vera.*

Albin. *ibid.* Lib. III. Tab. V. Fig. 1.

1. 1. Pars inteſtini coli.
2. 2. Inteſtinum coecum.
3. 3. Pars inteſtini ilei.
4. 4. 4. 4. Tunica muſculoſa, ab exteriore parte veſtita tenui membrana externa, quae a peritonaeo oritur.
5. 5. 5. 5. Tunica nerueа, ab interiore parte veſtita tenui membrana interna.
6. 6. 6. Rugae inteſtinorum craſſorum, formatae ex proceſſibus tunicae nerueae, membrana interna veſtitis.
7. 7. 7. Proceſſus tunicae nerueae, quae rugas illas (6) efformant.
8. 8. Valuae duae valuulae coli, factae ex inteſtino ileo connexo cum craſſo. In iis tunicae muſculoſae inteſtini ilei et craſſi coniunctae ſunt inter ſe.
9. 9. Coniunctio tunicae muſculoſae inteſtini ilei et craſſi inter ſe.
10. Ruga magna, in qua oſtium valuulae coli eſt.

Fig. 7. *Vltima inteſtini ilei pars cum inteſtino coeco, adpendice vermiformi et parte inteſtini coli. Praeparatum aëre distentum eſt.*

Santorini *Tab. ſeptemd. poſth.* Tab. XIV. Fig. 1.

1. In-

1. Inteſtinum ileon, abſciſſum.
2. Reliquiae meſenterii.
3. Inteſtinum coecum.
4. Adpendix vermiformis.
5. 5. Pars coli dextri.
6. 6. Ligamentum coli maius.
7. Plica peritonaei, quae inter inteſtinum ileon et coecum intercedit.

FIG. 8. *Eaedem partes, contrario ſitu locatae, aëre inflatae, exſiccatae et facta inciſione apertae.*

SANTORIN. *ibid.* Fig. 2.

1. Inteſtini ilei extremum.
2. Pars eius, compreſſa, quae inter rugas coeci et coli inſeritur.
3. Pars extrema inteſtini coeci, quae principium eſt adpendicis vermiformis, pone inteſtinum euectae et abditae.
4. Inteſtini coeci cauum.
5. Inteſtini coli cauum.
6. 6. Duplicaturae membranarum coeci, quae intrinſecus eminentes rugas ſeu valuulas formant.
7. 7. 7. Similes rugae inteſtini coli.
8. Duplicatura, ceteris omnibus longior atque eminentior, quae ex geminatis coeci et coli membranis ſeu parietibus conficitur et ſic *valvulam coli* ſeu BAVHINI ſic dictam conſtituit.
9. Exitus inteſtini ilei inter plicas illas, ex quibus valuula coli conficitur.

EXPLI-

EXPLICATIO
TABVLAE LXX.

Fig. 1. *Tunica musculosa intestini ilei, hominis adulti.*

1. 1. Tunica externa, intestinum obtegens.
2. 3. Eiusdem tunicae portio, quae soluta et reflexa est: 2. pars, a fibris muscularibus soluta et nuda, 3. pars, cum fibris longitudinalibus reuoluta.
4. Fibrae longitudinales, quibus circulares obteguntur.
5. 5. Fibrae circulares, quae remotis longitudinalibus adparent.

Fig. 2. *Tunica musculosa intestini coli, remota tunica externa in conspectum veniens.*

1. 1. Fibrae longitudinales, quae sic dictum ligamentum coli anterius s. maius constituunt.
2. 2. 2. 2. Fibrae circulares.

Fig. 3. *Fibrae musculares longitudinales intestini recti.*

1. Inferior pars flexurae iliacae intestini coli, in intestinum rectum desinens.
2. Intestini recti superior pars.
3. Ligamentum coli posterius.
4. Ligamentum coli superius.
5. — — anterius.
6. Fibrae longitudinales intestini recti, ex confluxu horum ligamentorum enatae.

Fig. 4. *Portio intestini ieiuni hominis adulti, inuersa, inflata, siccata.*

Albini *Academ. ann.* Lib. II. Tab. IV. Fig. 2.

1. Tunica neruea, per inflationem in cellulosam versa.
2. Tela cellulosa mesenterii per intestinum excurrens.
3. 3. Tunica externa, a peritonaeo orta.
4. Tunica musculosa.
5. Tunica externa cum musculosa.
6. — interna s. villosa.
7. 7. 7. 7. 7. Valuulae intestinales s. conniventes, quae, inflata tunica neruea, in hanc speciem mutatae sunt.

Fig. 5. *Portio tunicae nerueae intestini ilei, quae inflationis ope in cellulosam versa est.*

Albin. ibid. Fig. 1.

1. 1. Tunica neruea, expansa.

2\. 2. etc. Arteriae impletae, quae tunicae nerueae inhaerent.

Inteſtinum ab ea parte, qua cum meſenterio coniunctum fuerat, per longitudinem diſſectum ac deinde expanſum eſt. Detracta tunica interna, ſola illa neruea aut celluloſa exhibetur.

Fig. 6. *Portio inteſtini ilei hominis adulti, cuius arteriae et venae impletae ſunt, per longitudinem, vbi inteſtinum cum meſenterio coniunctum erat, diſſecta. Detracta eſt tunica externa cum parte muſculoſae.*

Albin. l. c. Lib. III. Tab. 1.

1\. 1. Tunica interna ſ. villoſa.

2\. 2. — neruea.

3\. 3. Tunicae muſculoſae pars.

4\. 4. 4. 4. Reliquum eius tunicae, cum tunica externa ſolutum ac dependens. Expreſſae ſunt fibrae muſculares circulares, quibus inteſtinum circumdatum eſt.

5\. 5. Integra pars inteſtini, a qua tunica externa detracta non eſt.

6\. 6 6. Tres arteriae cum venis ſociis, quae e meſenterio venientes, ad hanc partem inteſtini accedunt. Procedunt primum inter tunicam externam et muſcularem, dein inter fila muſculoſae penetrant ad nerueam, tandemque per nerueam decurrunt ſub filis tunicae muſculoſae.

7\. 7. 7. Tres arteriae cum venis ſociis, quae e meſenterio venientes ad hanc alteram partem inteſtini accedunt, hic, cum jam per nerueam procedunt, ſub tunicae muſculoſae fibris expreſſae ſunt.

Haec vaſa per nerueam in ramos ſe ſpargunt, quibus ſe creberrime coniungunt, tum finitima inter ſe, tum oppoſita.

8\. 8. Surculi illorum ramorum, qui ad internam tunicam pertinent.

9\. 9. Ramuli inter fibras tunicae muſculoſae penetrantes ad externam tunicam procedunt, cum qua abſciſſi ſunt.

10\. 10. Iidem ramuli, abſciſſi cum tunica externa.

11\. 11. Rami vaſorum 6. ad tunicam externam accedentes, antequam illa (6) muſculoſam ſubeant, confluentes tum inter ſe, tum cum ramulis 10.

12\. 12. 12. Similes rami, ad alteram inteſtini partem pertinentes.

Fig. 7. *Portio inteſtini jeiuni hominis adulti, per longitudinem, qua parte cum meſenterio coniuncta erat, diſſecta et explicata. Venae impletae ſunt. Detracta tunica interna, neruea expreſſa eſt cum proceſſibus ſuis ad valuulas pertinentibus.*

Albin. ibid. Tab. II. Fig. 1.

1\. 1. 1. Tunicae nerueae proceſſus ad valuulas pertinentes. Ex iis, qui numeris notati ſunt, reliqui facile cognoſcentur.

2\. 2. 2. Venae maiores, tunicae nerueae inhaerentes, quarum ramuli ex proceſſibus adueniunt.

Detrahendo tunicam internam, ramuli ad illam pertinentes abſciſſi ſunt.

Fig. 8. *Portio tunicae internae inteſtini jeiuni hominis adulti, detracta a neruea et explicata, ab ea parte ſpectata, qua nerveae adhaeſerat. Venae impletae a nerveae venis abſciſſae ſunt.*

Albin. ibid. Fig. 2.

Fig. 9. *Portio inteſtini ilei hominis adulti, cuius vaſa venoſa impleta ſunt.*

Ruysch *Theſ. max.* Tab. III.

1\. 1. Inteſtinum.

2\. 2. Meſenterium.

Fig. 10. *Portio ſuperioris partis inteſtini jeiuni hominis adulti, per longitudinem diſſecta et ſub aqua explicata.*

1\. 1. Val-

1. 1. Valuulae conniuentes f. inteftinales duae: ex his reliquae cognofcentur.
2. 2. Duarum valuularum apices, quae fibi inuicem adproximantur.

Tota tunica interna villis obfita eft, quos inprimis in margine fluctuante valvularum cernere licet.

Fig. 11. *Portio inteftini ilei hominis adulti, per longitudinem diffecta et fub aqua explicata.*

Villi quidem adfunt, fed breuiores, quam in inteftino jeiuno. Glandularum, tunicae nerueae inhaerentium, nonnullae induratae et hinc magis confpicuae funt, adparentque oftiola illarum in cauuminteftini hiantia. Nullae in inteftino ileo adfunt valuulae.

Fig. 12. *Inteftini recti per longitudinem diffecti portio, ex cadauere viri quinquaginta circiter annos nati defumta, fub aqua explicata.*

1. 1. Perinaei pars.
2. 2. Anus difciffus.
3. 3. 3. 3. Tunica interna, rugofa.
4. 4. Oftia glandularum muciparарum.
5. 5. Varii finus mucofi, qui propius ad anum occurrunt.

(Conf. quae Tab. LIII. Fig. 6. de continuatione reticuli dicta funt).

EXPLICATIO
TABVLAE LXXI.

FIG. 1. *Particula inteſtini ilei, cuius arteriae rubra, venae viridi cera repletae ſunt.*

LIEBERKÜHN *de fabrica et actione villorum inteſtinorum* Tab. I.

1. Haec particula, prout nudo oculo conſpicitur.

2. 2. 2. Valuula conniuens, quae parte inferiore velut in furcam diſcedit.

3. 3. 3. 3. Huius furculae ea pars, quae ſpectatoris dextrum latus reſpicit, microſcopii ope valde aucta.

Praeparatum, chartae ope lagenulae, cui immiſſum erat, parieti leniter adpreſſum eſt, dum depingeretur, eo conſilio, vt villi hac encheireſi mutuo a ſe diſcedentes ac reflexi vascula per parietes ſuos reptantia diſtinctius conſpicienda praeberent. Parte infima a dextris, villorum quidam praecipue conſpicuus eſt, cui itidem apice ſuo alter incumbit, a reliquis facile diſcernendus: alii difficilius paullo ex icone cognoſci poſſunt. In parte iconis ſuprema et infima apices villorum ſpectare licet. Venae, quae arterias craſſitie ſuperant, his paullo opaciores expreſſae ſunt.

FIG. 2. *Glandulae inteſtinales cum villis.*

LIEBERKÜHN ibid. Tab. II.

Villorum, in quos perpendiculariter oculus defigitur, apices tantummodo ac vascula in illis reptantia, nonnihil ad latus depreſſa, conſpicere licet in hac Figura, quae potiſſimum glandulas muciparas inteſtinorum ſiſtit. Hae facile a villis diſcernuntur, in infima vero iconis parte, in qua villi villis ſpiſſe adcumbunt, ita occultantur, vt ſenſim ſenſimque dispareant.

FIG. 3. *Tunicae internae inteſtini ilei ea pars, quae nerueae reſpondet.*

LIEBERKÜHN ibid. Tab. III.

Corpuscula albicantia rotunda, quae hic adparent, glandulae inteſtinales ſunt.

Venae, arteriis craſſiores, profundiori vmbra ſeſe distinguunt. Grandiores trunculi, quos icon exhibet, cum vaſis tunicae nerueae continuati fuerunt, ramuli autem tenuiores ad villos procurrunt. Venae pauciores, plures longe arteriolae in tunicam villoſam ſe demergunt.

Fig. 4. *Particula duarum valuularum inteſtini jeiuni cum villis ſuis.*

1. Magnitudo naturalis.
2. Eadem particula microſcopio aucta.

Villi omnes, chylo turgentes, clauatam formam referunt. Deſumtum eſt praeparatum ex cadauere feminae quadraginta circiter annos natae, quae non diu poſt jentaculum aſſumtum aqua periit.

Fig. 5. *Particula inteſtini jeiuni, ex horizontali verticaliter diſſecta, deſumta ex cadauere viri quinquaginta et quod excurrit annos nati. Villi omnes cylindrici, ſpongioſi, conferti, microſcopio aucti ſunt.*

Rom. *Adolph.* Hedwig *Disquiſit. ampullularum* Lieberkühnii (Lipſ. 1797. 4.) Tab. I. Fig. 1.

1. 1. 1. Suprema orificia villorum, quorum margines ex albo pellucidi erant.

2. 2. Inteſtini tunicae, quarum ſingulae haud dignosci poterant.

3. Externa tunica, a peritonaeo orta.

Fig. 6. *Pancreas cum ductu ſuo.*

Santorini *Tabul. ſeptemd. poſthum.* Tab. XIII. Fig. 1. (⅔)

1. 2. 3. *Pancreas magnum:* 1. caput eius, duodeno adhaerens, 2. pars media, 3. cauda, lieni adnexa.

4. 4. 4. *Pancreas paruum.*

5. 5 5. *Ductus pancreaticus* ſeu Wirsungianus cum ramulis ſuis.

6. Finis ductus pancreatici in duodeni cauo, qua cum ductu choledocho confluit. (Conf. Tab. LXIX. Fig. 1. Num. 8.)

7. Ductus choledochus, confluens cum pancreatico.

8. *Ductus pancreaticus acceſſorius.*

9. Finis eius in duodeni cauo. (Conf. Tab. LXIX. Fig. 1. Num. 9).

10. 10. Duodeni diſciſſi pars.

Fig. 7. *Lien, ex cadauere feminae annos triginta ſex natae, naturali magnitudine exhibitus, ab interiori, qua ſpectat ad ventriculum.*

1. Extremitas ſuperior.
2. 2. — inferior.
3. 3. Superficiei concauae pars poſterior.
4. — — — anterior.
5. 5. Hilum lienale.
6. 6. Arteriae ſplenicae rami.
7. 7. Venae ſplenicae rami.
8. 8. Margo anterior, crenatus.
9. 9. — poſterior.

Fig. 8. *Idem lien, ab exteriori, qua diaphragmati reſpondet, viſus.*

1. Extremitas ſuperior.
2. — inferior.
3. 3. Margo anterior, crenatus.
4. 4. — poſterior.
5. 5. Superficies conuexa.

Fig. 9. *Truncus arteriae ſplenicae, ſerpentino reptatu proſerpens, cuius rami omnes, vnico excepto, abſciſſi ſunt.*

Ruysch *Epiſt. anat.* IV. Tab. IV. Fig. 2.

1. Arteriae ſplenicae truncus.

 2. 2.

2. 2. Rami abſciſſi.

3. 3. Surculi minutiſſimi.

4. Arteria breuis ventriculi.

5. 5. 5. Rami pancreatici.

FIG. 10. *Surculi minutiſſimi arteriolae et venulae ſplenicae.*

RUYSCH ibid. Fig. 4.

1. Ramulus arteriae ſplenicae.

2. — venae ſplenicae.

3. 3. 3. Surculi, in penicillos deſinentes. A ſe inuicem diducti ſunt, vt diſtinctius ſeſe videndos exhiberent.

FIG. 11. *Vena lienalis cum ramulis ſuis.*

RUYSCH ibid. Fig. 1.

1. Venae ſplenicae truncus.

2. Vena breuis, a ventriculo proueniens.

3. 3. Surculi ex ipſa lienis ſubſtantia prouenientes.

4. Vena meſenterica minor, abſciſſa.

5. 5. Ramuli ad membranam externam lienis pertinentes.

6. Trunculus vaſorum abſorbentium.

Nec omnes ſurculi venoſi nec minutiſſima illorum principia hic delienari potuerunt.

EXPLI-

EXPLICATIO
TABVLAE LXXII.

Fig. 1. *Hepatis ad latus reclinati ſuperficies concaua, ventriculus, pancreas, ex infante.*

Santorini *Tabul. ſeptemd. poſthum.* Tab. XI. (⅔)

1. Lobus dexter.
2. — quadratus.
3. — ſiniſter.
4. Lobulus Spigelii.
5. Ligamentum laterale ſiniſtrum.
6. Foſſa venae vmbilicalis.
7. Vena vmbilicalis, cuius aliqua pars aperta eſt, vt eius cum ramo ſiniſtro venae portarum confluxus pateat.
8. Ramuli venae portarum ad hepar tendentis oſtium.
9. Foſſa ductus venoſi.
10. 10. Foſſa veſiculae felleae.
11. 12. 13. Veſicula fellea: 11. eius fundus, 12. corpus, 13. ceruix ſ. collum.
14. Ductus cyſticus, tortuoſus.
15. — hepaticus.
16. — choledochus.
17. Vena portarum.
18. 18. Glandulae aliquae conglobatae ſeu lymphaticae, venae portarum lateri adſidentes.
19. Ventriculus.
20. Saccus coecus ventriculi.
21. Cardia.
22. Oeſophagus, per foramen ſuum in diaphragmate obuium prodeuns.
23. Pylori ſedes.
24. 24. Duodenum, diſciſſum.
25. Oſtium commune ductui choledocho et pancreatico.
26. Pancreas.
27. 27. Ductus pancreaticus, quodammodo adparens.
28. Inteſtini jeiuni pars ſuprema, reſecta.
29. Meſenterii reliquiae.
30. Omenti gaſtro-hepatici reſiduum.
31. Lien.

Fig. 2. *Superficies concaua hepatis, ex infantis cadauere deſumti.*

Halleri *Elem. Phyſiol.* Tom. VI. Fig. 3.

1. 1. 1. Margo acutus.
2. 2. 2. Margo obtuſus.
3. Lobus dexter.
4. 4. Peritonaeum, relinquens hepar ad ambitum ligamenti coronarii.
5. Fiſſura recipiens venae portarum ramum dextrum.
6. Veſicula fellea.

7. Ductus cyſticus, reclinatus.
8. Peritonaeum, coniiciens ſe ſuper veſiculam felleam.
9. 9. Lobus quadratus ſ. innominatus.
10. Lobulus in hoc ſpecimine acceſſorius.
11. Lobi quadrati facies obuerſa fiſſurae transuerſae.
12. 12. Lobus ſiniſter.
13. Lobi ſiniſtri crepido, ad ductus venoſi foſſam ſpectans.
14. Lobulus lobi ſiniſtri.
15. Ligamenti coronarii portio.
16. Eiusdem ligamenti pars ad ligamentum laterale ſiniſtrum tendens.
17. Lobulus SPIGELII.
18. Papilla eius.
19. Proceſſus caudatus.
20. Vena caua inferior, tecta proceſſu caudato.
21. Arteria, erumpens ex phrenicis.
22. Vena portarum in portis.
23. Ramus eius dexter.
24. — — ſiniſter.
25. Ductus venoſus in foſſa ſua.
26. Truncus venae vmbilicalis, hepate tectus.
27. Rami ad lobum ſiniſtrum.
28. Ramus ad lobum quadratum.
29. Vena vmbilicalis in hepate decurrens.
30. Eadem vena, in hepar intrans.

FIG. 3. *Peritonaeum, hepar ambiens, per quod arteriolae reptant innumerae.*

RUYSCH *Theſ. anat. X.* Tab. III. Fig. 5.

FIG. 4. *Venae inteſtinorum et vena portarum.*

CHESELDEN'S *Anatomy.* Tab. XXIV.

1. 1. 1. Venae, ab inteſtinis ortae.
2. Venae portarum truncus.
3. 3. 3. Rami venae portarum, hepatis ſubſtantiam perreptantes.

FIG. 5. *Veſicula fellea, leuiter inflata cum vaſis ſuis.*

RUYSCH *Epiſt. anat. V.* Tab. V. Fig. 4.

1. Arteria cyſtica.
2. 2. 2. Ramuli eius ad hepatis membranam transeuntes.
3. Ramulus arteriae hepaticae ad veſiculam felleam ſe conferens.
4. 4. Vaſorum abſorbentium trunculi.

FIG. 6. *Portio tunicae internae veſiculae felleae, microſcopii ope plurimum auctae. Venae ſolummodo materia ceracea repletae ſunt.*

Fried. Aug. WALTER *Annot. acad.* Tab. II.

EXPLI-

EXPLICATIO TABVLAE LXXIII.

Fig. 1. *Veſiculae felleae tunicae tres, a ſe inuicem ſeparatae.*

Fried. Aug. Walter *Ann. acad.* Tab. hepat. 1.

1. 1. Tunica externa, peritonaei propago.
2. 2. 2. Tunica neruea, cuius vaſa ſanguifera ſolutione diſſecta ſunt.
3. 3. 3. Tunica interna, plicis innumeris praedita.
4. 4. 4. 4. 4. 4. Valuulae, quibus interior ductus cyſtici ſuperficies inſtructa eſt.
5. 5. 5. 5. 5. Oſtiola folliculorum muciparorum, quae in eadem ductus cyſtici facie adparent.

Fig. 2. *Pars veſiculae felleae.*

Rvysch *Epiſt. anat. V.* Tab. 5. Fig. 6.

1. 1. Collum veſiculae felleae.
2. Ductus cyſticus, ſerpentino reptatu incedens.

Fig. 3. *Venae hepaticae corroſionis ope praeparatae.*

Cheselden's *Anat.* Tab. XXV.

1. 1. 1. Venae hepaticae.
2. Vena caua inferior.
3. Atrii cordix dextri particula.

Fig. 4. *Ramus venae cauae per hepar diſperſae.*

Rvysch *Theſ. anat. II.* Tab. 6. Fig. 3.

Fig. 5. *Ramus venae portarum.*

Rvysch *ibid.* Fig. 4.

Fig. 6. *Omentum infantis, cuius arteriae materia ceracea repletae ſunt.*

Rvysch *Theſ. anat.* II. Tab. 5. Fig. 1.

1. Pars corporis ventriculi.
2. Pylorus.
3. 3. 3. Omentum, innumeris vaſis ſanguiferis praeditum.
4. Arteria gaſtroepiploica dextra.
5. 5. 5. Arteriae gaſtroepiploicae ſiniſtrae rami.
6. Arteriae coronariae rami.

Fig. 7. *Omenta infantis aëre diſtenta.*

Halleri *Icon. anat.* Faſc. I. Fig. 1.

1. 1. Hepatis ſuperficies concaua, reclinata, vt anterior ſit, quae erat inferior, margo vero anterior nunc ſuperior ſit.

2. Vesicula fellea.
3. Vena vmbilicalis.
4. Lobulus SPIGELII.
5. Ventriculus, cuius inprimis curuatura maior adparet, sed tecta bullis inflati omenti.
6 Arteria et vena gastroepiploica dextra.
7. Sedes pylori.
8 Lienis apex, in cauitatem omenti antrorsum eminens.
9 Ligamentum splenico omentale, cui omentum se immittit.
10. 10. 10. 10. *Omentum gastrocolicum* s. magnum.
11. Linea separationis omenti a mesocolo.
12. Origo omenti gastrocolici a curuatura maiori ventriculi, a qua prodit *lamina anterior.*
13. Glandulae conglobatae in hac linea, adiacentes origini omenti.
14. 14. 14. Linea originis omenti gastrocolici ab intestino colo, seu *lamina posterior.*
15. 15. Finis coecus omenti sinister.
16. 16. 16. 16. *Omentum gastrohepaticum* s. minus.
17. 17. 17. 17. *Omentum colicum.*

FIG. 8. *Omentum gastrohepaticum.*

HALLER *ibib.* Fig. 2.

1. 1. 1. Hepatis pars concaua, reclinata, vt ea, quae anteriora sunt, facta sint superiora.
2. Vesicula fellea.
3. Vena vmbilicalis.
4. Lobulus SPIGELII, per omentum gastrohepaticum pellucens.
5. 5. Ventriculus pene vacuus, cuius minorem curuaturam lobulus SPIGELII ingreditur, planum vero anterius hepar sinistrum protegit.
6. Pylorus.
7. 7. *Omentum gastrocolicum*, collapsum.
8. 8. Limes in colo, ex quo omentum gastrocolicum et colicum prouenerunt.
9. 9. 9. *Omentum gastrohepaticum* s. minus.
10. 11. Mesocoli partes: ad 10. pellucet pars curuaturae tertiae duodeni.
12. 12. 12. 12. 12. 12. Coli variae partes.
13. Duodeni flexura prima, pene transuersa, cui vesicula fellea adcumbit.
14. Duodeni flexura secunda, descendens, in quam ductus choledochus se immittit.
15. Membranae, quae a vesicula fellea ad colon eunt, trans duodenum, cui sunt pro externa membrana et aliqua parte adhaerent, s. *ligamentum hepatico-colicum.*
16. *Ligamentum hepatico-renale*, seu peritonaei a rene ad hepar adscendentis plica duplex.
17. Ren dexter, peritonaeo tectus.
18. Hiatus s. meatus WINSLOWII, inter ligamentum hepatico-colicum et hepatico-renale, tum inter hepar et duodenum proximumque pancreas interceptus, paullulum distractus, vt lunatus esse adpareat et circa hepar conflecti.
19. 19. 19. 19. 19. Intestina tenuia.
20. Pars pancreatis, quae inter duodeni curuaturas se insinuat.

EXPLICATIO
TABVLAE LXXIV.

Fig. 1. *Ren dexter cum capſula ſuprarenali, ex cadauere viri annos* XL *nati.* (⅔).

1. Renis ſuperficies anterior.
2. 2. Margo exterior, conuexus.
3. 3. — interior.
4. 4. Hilum.
5. Extremitas inferior. Superior tecta eſt capſula ſuprarenali.
6. Peluis renalis.
7. 7. Vreter.
8. Arteria renalis ſuperior.
9. — — inferior.
10. Vena emulgens ſ. renalis ſuperior.
11. — — — — — media.
12. — — — — — inferior.
13. Capſulae ſuprarenalis ſuperficies anterior.
14. Eiusdem extremitas ſuperior.
15. — — — — exterior.
16. — — — — interior.
17. Sulcus.

Fig. 2. *Ren ſiniſter cum capſula ſuprarenali, ex eodem cadauere.* (⅔)

1—17. Vt in praecedente Figura.

Fig. 3. *Capſula ſuprarenalis dextra, a poſteriori, ex alio cadauere virili.* (⅔).

1. Extremitas ſuperior.
2. — — exterior.
3. Extremitas interior.
4. Pars renis.

Fig. 4. *Capſula ſuprarenalis ſiniſtra, a poſteriori, ex eodem cadauere.* (⅔).

1—4. Vt in Figura 3.

Fig. 5. *Capſula ſuprarenalis dextra, diſciſſa, ab anteriori.* (⅔).

1. 1. Extremitas ſuperior.
2. — — exterior.
3. — — interior.
4. 4. Lamina anterior.
5. 5. — — poſterior.
6. Subſtantia interior, prout adparet, cum capſula ſuprarenalis ab inferiori ad ſuperiora verticaliter diſcinditur.
7. Eadem ſubſtantia, prout adparet, cum laminae magis a ſe inuicem diducuntur.

Fig. 6. 7. *Renes fetus maſculini ſeptimeſtris cum capſulis ſuprarenalibus, magnitudine naturali.*

1. Ren.
2. Capſula ſuprarenalis.

Omnes partes facile intelliguntur ex Figura 1. 2. Adparet hic renculorum nondum coalitorum diuiſio.

Fig. 8. *Dimidium renis ex homine adulto desumti, verticali sectione diuisi, quae per conuexitatis et hili medium tendit, vnius tantummodo extremitatis portione intacta relicta.*

Alex. Schumlansky Diss. *de structura renum.* (Argentorat. 1782. 4.) Tab. I. Fig. 1.

1. 1. 1. 1. 1. Renculi s. lobi, qui secum coaliti renem constituunt.
2. 2. 2. 2. Lineae, quae lobos s. renculos a se inuicem separant, quaeque solummodo mente concipiuntur.
3. Pars renculi corticalis, quae medullarem substantiam, excepta nonnisi papilla, totam obuoluit.
4. Septum corticale seu columna corticalis, quae inter medullares pyramides locatur, et duos conos, per vertices sibi oppositos, quodammodo aemulatur.
5. Pyramis medullaris s. substantia medullaris integra vnius lobi.
6. Hilum renale (s. sinus) per sui medium dissectum, vasis, pelui et calycibus liberatum.
7. 7. 7. Segmenta medullaria, seu pyramides partiales, quae in vnam papillam confluunt.
8. Papilla per sectionem dimidiata, quae in hilum prominet.
9. 10. Duae aliae papillae integrae, remotis calycibus aut infundibulis minoribus, quibus cinctae erant.
11. Impressio seu foueola papillaris.
12. 12. Ambitus papillae circularis, quem arcus vasorum maiores circumscribunt.
13. Fornix cum suis vasculis dissectis, quorum hic nonnisi lumina adparent.
14. Superficies, quae in toto rene obseruatur.
15. 15. Eadem superficies, in hilo renali obseruanda.

Lineae, quibus superficies renis tam in hilo, quam in omni sua circumferentia exarata est, nihil aliud sunt, quam rete aut plexus venarum superficialium, cuius areolae tanquam bases pyramidum Ferrenii considerantur.

16. 16. Pyramides Ferrenii, quae ab ipsa superficie tendunt ad papillae apicem. — Notandum est, has pyramides minores esse in natura, quam hic expressae sunt.
17. Pars corticalis pyramidis Ferrenii.
18. Pars eiusdem medullaris.
19. Fasciculus medullaris, duplici lineola expressus.
20. Eius prolongatio seu continuatio per corticem, punctis expressa.

Fig. 9. *Portio superficiei renis, microscopio aucta.*

Schumlansky ibid. Fig. 2.

1. 1. Venulae superficiales, quae vbique in superficie sibi inuicem iunctae formant plexum venosum.
2. Radiculae earum subtilissimae, quas ex ipso cortice recipiunt.
3. 3. Areola, quas venae superficiales circumlegunt, seu bases pyramidum Ferrenii.
4. Venula radiata, in superficie in quinque ramos terminata, stellulam Verheyenii repraesentans.

Fig. 10. *Lamina seu planum papillae, a superficie renis ad sui apicem dilaceratae, in qua tantummodo sex pyramides Ferrenii (seu fasciculi medullares) delineatae sunt, microscopii ope vltra vigesimam circiter rationem auctae.*

Schumlansky ibid. Tab. II.

1. 1. Portio peripheriae renis.
1—2. 1—2. Substantia corticalis.
2—3. 2—3. Substantia medullaris.
2. 2. Fornix vasculosus.
4. Papillaris impressio s. foueola, per sui medium diuisa.
5. 5. Arteria radiata ramosa.
6. 6. Vena radiata, ad vtrumque figurae latus cum suis ramulis depicta. Reliquarum venarum radiatarum ramuli ob spatii angustias omissi sunt.
7. Ramus arteriosus cum suis pedicillis et glomerulis globosis racemum sistens.
8. 8. 8. 8. Venarum extremitates villosae, quibus eae cum suis arteriolis coëunt.
9. 9. Arteriolae extremitates in tortuosas flexuras abeuntes, quae demum interiora petunt.

10. 10.

10. 10. Bases pyramidum FERRENII.
10—4. Ipsa pyramis FERRENII.
11. Eius concameratio corticalis.
12. Prolongatio medullaris seu nucleus concamerationis corticalis.
13. Ductus serpentini vrinarii.
14. Ductus vrinarii recti.
15. Vascula abscissa, circa quae ductus recti flexi ea surculi adinstar amplectuntur.
16. Continuatio prolongationis s. fasciculus medullaris.
17. Spatia inter fasciculos medullares pro locandis vasculis sanguineis, quae in Figura exprimere non licuit.
18. 18. Ductuum rectorum bifurcationes.
19. 19. Ductuum lacerorum portiones, quae papillae soliditatem vtcumque referunt.
20. 20. Ductulorum orificia.

FIG. 11. *Dimidium renis ex cadauere adulti hominis desumti, per longitudinem dissecti, cuius vasa arteriosa iniectionis ope nitidissime repleta sunt, ita, vt materia rubra in ipsos tubulos* BELLINI *seu pyramides* FERRENII *penetrauerit eosque conspicuos reddiderit. Praeparatum in spiritu terebinthinae seruatum est.*

1. Arteria renalis superior, seorsim ex aorta prodeuns.
2. Art. renalis inferior.
3. 3. Hilum renale.
4. 4. 4. 4. Substantia corticalis, ex vasculis innumeris serpentino ductu decurrentibus constans.
5. Substantia tubulosa seu medullaris, tubulos BELLINI seu pyramides FERRENII formans.

Egregie in hoc praeparato cernitur ratio, qua vascula arteriosa serpentina substantiae corticalis recta tandem via immediate transeant in substantiam tubulosam, quae papillas format: papillarum vero nonnullae simplices sunt, aliae duplices.

FIG. 12. *Pars renis per corrosionem praeparati, cuius vasa arteriosa materiae ceraceae ope impleta sunt.*

1. Arteriae renalis truncus.
2. 2. Pars ambitus renis, substantiam corticalem formans.

FIG. 13. *Ren iuuenis, per longitudinem dissectus, papillas, infundibula, peluim renalem et originem vreteris monstrans.*

1. Extremitas inferior.
2. — — superior.
3. 3. Hilum renale.
4. 4. 4. 4. Substantia corticalis.
5. 5. Substantia tubulosa.
6. 6. Papillae.
7. Infundibulum minus s. calyx minor, duplicem papillam inuoluens.
8. Aliud eiusdem generis.
9. 9. etc. Infundibula minora, quae simplicem papillam recipiunt.
10. 10. 11. 12. Tria infundibula maiora seu calyces maiores.
13. Peluis renalis.
14. 14. Vreter.

Ren ex vitio chalcographi inuersus sistitur, ita, vt, quae superiora in natura sunt, hic inferius adpareant et v. v.

FIG. 14. *Peluis renalis cum infundibulis.*

1. 1. Duo infundibula minora superiora.
2. Infundibulum maius superius, quod ex confluxu horum minorum (1. 1.) nascitur.
3. 3. Duo infundibula minora media.
4. Infundibulum maius medium, ex vnione horum minorum (3. 3.) enatum.
5. 5. 5. Tria infundibula minora inferiora.
6. Infundibulum maius inferius, quod tria illa minora (5. 5. 5.) constituunt.
7. 7. Peluis renalis inflata et aperta.
8. Vreteris origo.
9. Vreter.

EXPLICATIO
TABVLAE LXXV.

Fig. 1. *Vesica vrinaria virilis, aëre distenta et nonnihil in latus conuersa cum fibris suis muscularibus.*

Santorini *Tabul. septemd. posthum.* Tab. XV. Fig. 1. (⅔).

1. 1. 1. 1. Vesica vrinaria.
2. Vrachus.
3. 3. Duo strata fibrarum anteriorum, exteriorum.
4. Fasciculus fibrarum, a reliquis secedens et seorsim adscendens, exterior.
5. 5. 5. Alii fasciculi, qui infra dimidiam vesicam deflectentes, in arcum ducti, ad posteriorem faciem vesicae tendunt, etiam exteriores.
6. 6. 6. 6. Fibrae interiores, rete quodammodo inter se constituentes.
7. 7. Fibrae mediae, inter exteriores et interiores in stratum compositae.
8. Vreter sinister.
9. Vesicula seminalis sinistra.
10. Vas deferens huius lateris.
11. 11. Prostata, praegrandis in hoc specimine.
12. 12. Fibrae musculares, quae ad lateralem partem prostatae feruntur.
13. Aliae, quae ad anteriorem prostatae partem tendunt.
14. Vrethra, quae ligaturae ope constricta est, ne aër exeat.

Fig. 2. *Alia vesica vrinaria, etiam aëre distenta, ob varietatem in fibrarum muscularium decursu delineata.*

Santorini ibid. Fig. 2. (⅔).

1. Vesicae collum s. ceruix.
2. 2. Duo strata fibrarum anteriorum, exteriorum, quae a vesicae collo ad verticem adscendunt, iisque respondent, quae Fig. 1. Num. 3. 3. indicata sunt.
3. Vrachus, e vertice vesicae emergens.
4. 4. Regio vesicae fundum constituens.
5. Vreter dexter, singulis hinc inde validioribus fasciculis (6. 6.) interceptus.
6. 6. Fasciculi musculares validiores, vreterem intercipientes, qui sursum feruntur seque tandem sub stratis 2. 2. occultant.
7. 7. Alius eiusmodi fasciculus profundior aut interior, cum prioribus (6. 6.) sese decussans.
8. 8. 8. Fibrae, quae ad verticem vesicae feruntur, ex collo et fundo vesicae aduectae.
9. 9. Interiorum fibrarum implexus.

Fig.

Fig. 3. *Vesica vrinaria feminae annorum circiter XL.. discissa, cum vrethra.*

1. 1. 1. 1. Laciniae partis anterioris vesicae dissectae, reflexae.
2. Interior superficies, rugosa.
3. 3. Vrethra aperta, cum finibus suis mucosis.
4. 4. Vreteres.
5. 5. *Corporis trigoni basis.*
6. Eiusdem corporis apex, in collo vesicae circa originem vrethrae euanescens, ibique *uvulam vesicae* sic dictam formans, in virili vesica magis conspicuam. Conf. Fig. 4. Num. 7.
7. 7. Vreterum ostia.
8. 8. 8. 8. Tela cellulosa, vesicam et vrethram externe obtegens, per lenem macerationem paullulum soluta.

Fig. 4. *Vesica vrinaria virilis aperta, cum pene dissecto.* (⅔)

1. 1. 1. 1. Vesica aperta, cuius laciniae reflexae sunt.
2. Vreter dexter.
3. Ostium eius in vesicam hians.
4. Vreter sinister.
5. Ostium eius in vesicam hians.
6. *Corporis trigoni basis.*
7. Eiusdem corporis apex seu *uvula vesicae.*
8. 9. 10. *Caput gallinaginis* s. verumontanum: 8. pars eius globosa, 9. apex, in vrethram desinens, 10. sulcus eius.
11. 11. Ostiola, quibus ductus eiaculatorii in capite gallinaginis aperiuntur.
12. 12. Prostatae discissae facies exterior,
13. 13. — — — — — interior.
14. 14. Ostiola ductuum prostaticorum propriorum.
15. 15. *Pars membranacea vrethrae* s. isthmus.
16. 16. Glandulae Cowperi.
17. 17. Ostiola, quibus ductus earum in vrethram aperiuntur.
18. 18. 18. 18. Bulbus vrethrae, discissus.
19. 19. 19. 19. Corpus spongiosum vrethrae, etiam discissum.
20. 20. Glans penis, discissa.
21. 21. 21. Praeputium, discissum et reflexum.
22. 22. Vrethra, discissa, vt interior eius membrana in conspectum veniat.
23. 23. 23. 23. Corpora cauernosa penis.
24. Accelerator vrinae dexter.
25. — — — sinister.
26. Erector penis dexter.
27. — — sinister.
28. Ductus deferens dexter.
29. — — — sinister.

Fig. 5. *Glans penis praegrandis, materia ceracea impleta.*

1. 1. Portio corporum cauernosorum penis.
2. 2. Praeputium, retractum.
3. Frenulum.
4. 4. 4. 4. Corona glandis.
5. Apex.
6. 6. Colliculi.
7. Sulcus, glandem diuidens.
8. 8. Glandulae sebaceae coronae glandis, in hoc specimine valde conspicuae.

Fig. 6. *Penis, a cute denudatus, inflatus, exsiccatus et prona parte visus.*

Ruysch *Epist. anat.* XV. Tab. XIX. Fig. 2.

1. Superficies membranae cellulosae, ab involucro exteriore crasso denudatae.
2. Corpus cauernosum penis sinistrum. — Dextrum numero notatum non est.
3. Septum inter duo corpora cauernosa intercedens.
4. Vrethra cum corpore spongioso, quo cingitur.
5. 5. Exterioris inuolucri crassi cutanei superficies interior.
6. 6. Glans penis.
7. 7. Crassities membranae cellulosae, inflatae.
8. 8. Inuolucrum crassum corporum cauernosorum.

Fig. 7. *Lamella penis humani, inflati et exsiccati, neglecta membrana cellulosa, quae hic inflata non est.*

Ruysch ibid. Fig. 6.

1. Vtrumque inuolucrum crassum, sibi inuicem ita adhaerens, vt simplex esse videatur, quia tela cellulosa non est inflata.

2. Corpus cauernoſum ſiniſtrum.
3. Septum inter duo corpora cauernoſa intercedens.
4. Corpus ſpongioſum vrethrae.
5. Vrethrae transuerſim diſſectae lumen.
6. Filamenta interiora corporum cauernoſorum, a ſepto prodeuntia et ad inuolucrum craſſum decurrentia.

Fig. 8. *Septum corporum cauernoſorum penis inflati et ſiccati, cuius corpora cauernoſa reſecta ſunt.*

1. 1. Vrethra.
2. Glans penis.
3. Vena dorſalis,
4. 5. 5. Septum corporum cauernoſorum: 4 pars poſterior, fere ſolida, 5. 5. pars anterior, pectiniformis.

Fig. 9. *Arteria profunda penis, per corpus cauernoſum ſui lateris decurrens. Vaſa ſanguifera materiae ceraceae ope repleta ſunt: penis inflatus et ſiccatus eſt.*

1. 2. 3. Vt in praecedente Figura.
4. Arteria dorſalis penis.
5. 6. Arteriae profundae, per corpus cauernoſum ramos ſuos mittentes: poſterior (5) ex arteria pudenda immediate, anterior (6) vero ex dorſali in hoc ſpecimine oritur.

EXPLICATIO
TABVLAE LXXVI.

Fig. 1. *Musculi perinaei cum parte vrethrae vasisque sanguiferis et neruis.*

Camperi *Demonstr. an. pathol.* Lib. II. Tab. II. Fig 1. (⅔)

1. Tuber ossis ischii dextri.
2. — — — sinistri.
3. 3. Gracilis.
4. 4. Adductor magnus.
5. 5. Glutaei maximi pars.
6. 6. Sphincter ani internus.
7. 7. 7. 7. Sphincter ani externus.
8. 8. Acceleratores vrinae.
9. 9. Erectores penis.
10. 10. Corpora cauernosa penis.
11. Vrethra, resecta.
12. 12. Transuersus perinaei superficialis sinister.
13. 13 Transuersi perinaei profundi.
14. 14. Leuatores ani.
15. 15. 15. Arteria pudenda dextra.
16. Vena pudenda sinistra, resecta.
17. 17. 17. Vena pudenda dextra.
18. Vena haemorrhoidalis externa.
19. 19. 19. Nerui pudendi rami.

Fig. 2. *Remotis musculis perinaei, situs prostatae, vesicularum seminalium et vesicae vrinariae ab anteriori adparens.*

Camper ibid Fig. 4. (⅔)

1. Vrethra resecta.
2. 2. Eminentiae ouatae bulbi vrethrae, in hoc cadauere valde conspicuae.
3. Pars membranacea vrethrae.
4. 4. Prostata.
5. 5. Vesiculae seminales.
6. Fundus vesicae vrinariae, intestino recto insidens.
7. 7. Intestinum rectum, resectum.
8. Ossis coccygis pars.

Fig. 3. *Prostata et glandulae Cowperi, ab anteriori.*

Camper ibid. Fig. 6. (⅔)

1. 2. 2. 3. Vt in praecedente Figura.
4. 4. Glandulae Cowperi.
5. Prostata cum plexu suo venoso.

Fig. 4. *Vesicae vrinariae, prostatae et vesiculae seminalis sinistrae situs in pelui, a latere sinistro spectatus.*

Camper l. c. Tab. III. Fig. 1. (⅔)

1. Synchondrosis ossium pubis.
2. 2. 2. Os ilium, resectum mox pone articulum.
3. 3. Corpus cauernosum sinistrum penis, resectum.
4. Sectio corporis cauernosi dextri.
5 Ligamentum suspensorium penis.

 6. 6.

6. 6. Bulbus vrethrae.
7. Sectio vrethrae.
8. Pars membranacea vrethrae.
9. Proſtata.
10. Veſicula ſeminalis ſiniſtra.
11. Ductus deferens ſiniſter.
12. 12. Vreter ſiniſter.
13. 13. Veſica vrinaria, vacua et collapſa.
14. Recti abdominis tendo, oſſi pubis inſertus.
15. Pyramidalis dexter.
16. 16. 16. Peritonaeum.
17. Pſoas maior.
18. 18. Iliacus internus.
19. Glutaeus minimus.
20. — — medius.
21. — — maximus.
22. Piriformis.
23. Coccygeus.
24. 24. Obturator internus.
25. Oſſis coccygis vertebrae ſpuriae vltimae.
26. Glutaeus maximus lateris dextri.
27. Margo interior oſſis pubis.
28. 28. Flexura iliaca coli.
29. Inteſtinum rectum.
30. Anus.
31. 31. 31. Sphincter ani externus.

Fig. 5. *Cauum veſicae vrinariae a ſiniſtro latere apertae, et iter vrethrae.*

Camper ibid. Fig. 2. (⅔).

1. 1. Vrethrae cauum, apertum.
2. 2. Veſicae vrinariae fundus.
3. Pars anterior veſicae.
4. Vrachus, ex veſicae vrinariae vertice prodeuns.
5. Vreteris ſiniſtri orificium.
6. — dextri orificium.
7. Caput gallinaginis ſ. verumontanum.

Fig. 6. *Vrachus fetus perfecti.*

Roedereri *Opuscul.* Tom. I. Part. I. Tab. I. Fig. 1.

1. 1. Veſicae vrinariae pars ſuperior.
2. Fruſtulum ligni, ad ſubleuandam hanc veſicae partem ſuppoſitum.
3. Pars verticis veſicae vrinariae, a qua fibrae muſculares remotae ſunt.
4. 4 Fibrae muſculares longitudinales veſicae, in vrachum continuatae.
5. Vrachus in medio in longitudinem apertus, in planitiem diductus.
6. Canalis intra vrachum abſconditus.
7. — ortus ex veſica.
8. Terminus, vbi hic canalis cum fibris muſcularibus confuſus adparet.
9. Seta intromiſſa.

Fig. 7. *Vrachus infantis octo dierum.*

Roederer ibid. Fig. 2.

1. 1. Veſicae vrinariae pars ſuperior.
2. 2. Arteriae vmbilicales.
3. 4. 4. 5. Vt in praecedente Figura.
6. Terminus, vbi vrachus cum fibris muſcularibus confuſus adparet.
7. Canalis, intra vrachum abſconditus, tortuoſus, mercurio repletus.
8. Canalis ortus anguſtus ex veſica vrinaria.
9. 9. Filum ligans verticem veſicae, ne mercurius effluat.

Fig. 8. *Penis cum muſculis perinaei aliisque adiacentibus.*

Santorini *Tabul. poſthum.* Tab. XVI. Fig. 1. (⅔)

1. Glans penis, praeputio nudata.
2. Praeputium reuolutum.
3. Penis corpus, integumentis ſuis obductum.
4. Vrethra.
5. Bulbus vrethrae, fibris Acceleratorum tectus.
6. 6. Tuberoſitates oſſium iſchii.
7. Ramus adſcendens oſſis iſchii.
8. 8. Erectores penis.
9. 9. Transuerſi perinaei.
10. 10. 10. 10. Leuatores ani.
11. Anus.
12. 12. 12. Sphincter ani externus, ſpecillo eleuatus.
13. Os coccygis.
14. Obturatoris interni pars.
15. 15. Ligamenta tuberoſo-ſacra.
16. Muſculi coccygei fibrae.
17. Spina oſſis iſchii.
18. Ligamenti ſpinoſo ſacri pars.

EXPLICATIO
TABVLAE LXXVII.

Fig. 1. *Scrotum humanum post inflationem exsiccationemque parte superiore apertum.*

Ruysch. *Epist. anat.* I. Tab. I. Fig. 1. (2/3)

1. 1. Pili in scroto occurrentes.
2. Pinguedo in superiore parte.
3. Septum, scrotum in duas partes dirimens.

Fig. 2. *Septum scroti exsiccatum. Arteriae materiae ceraceae ope impletae sunt.*

Ruysch ibid. Fig. 2.

1. 1. Pinguedo in superiore parte,
2. Arteriae per septum dispersae.

Fig. 3. *Tunicae vaginales testiculi et funiculi spermatici, ex cadauere viri annorum circiter XXX.*

1. 1. 1. Funiculus spermaticus.
2. Testiculus, tunica albuginea obductus.
3. Epididymis, eadem tunica etiam tecta.
4. 4. 4. Tunica vaginalis propria testiculi.
5. 5. 5. 5. 5. Tunica vaginalis communis testiculi et funiculi spermatici.
6. Tunica vaginalis funiculi spermatici propria.

Fig. 4. *Testiculus hominis adulti.*

Albin. *Academ. Annot.* Lib. II. Tab. VII. Fig. 1.

Loderi *Tabul. anat. Splanchnol.*

1. Tunica albuginea, per longitudinem testiculi incisa: haec pars detracta a pulpa testiculi inuersaque et reflexa, sic, vt interiorem partem exhibeat. Penetrant per eam multa vasa, quae, cum a pulpa testiculi detraheretur, e pulpa illa protracta sunt.
2. Albugineae pars altera, eodem modo detracta, inuersa, reflexa. Penetrant quoque vasa, quorum nonnulla e pulpa protracta sunt: pleraque non nisi ex parte, quo adpareat, quomodo se portionibus pulpae interserant et super eam in ramos dispergantur.
3. 3. Pulpa seu substantia testiculi.

Fig. 5. *Pars tunicae albugineae a pulpa testis detracta, ex interiore facie expressa. Penetrant per illam multa vasa ad pulpam pertinentia.*

Albin. ibid. Fig. 2.

Fig. 6. *Vna ex portionibus, in quas pulpa testis inaequaliter diuisa est in Figura 4. aucta per microscopium magnitudine expressa.*

Albin. ibid. Fig. 3.

1. Tubuli testis, fila flexuosa referentes.
2. Vasa, quae per pulpam testiculi sparguntur.

Fig. 7. *Testiculus adulti, cuius arteriae rubro colore, venae viridi, viae seminiferae mercurio viuo impletae sunt. Seiunctus est ductus deferens a vasis sanguiferis funiculi spermatici, vt vasa melius in conspectum veniant. Praeparatum siccatum in museo meo anatomico seruatur.*

1. 1. 1. Tunica vaginalis communis testiculi et funiculi spermatici.
2. Testiculus.
3. Arteriae spermaticae internae truncus, ex aorta natus, varios ramos ad testiculum mittens, qui, perforata tunica albuginea, ad ipsam testiculi pulpam penetrant.
4. 4. Arteria spermatica interna altera (non constans) etiam ex aorta nata, quae juxta ductum deferentem ad epididymidem et testiculum decurrit, ibique in varios ramulos diuiditur.
5. Arteria spermatica externa, ex epigastrica ortum trahens et ramulis suis in testiculi inuolucris desinens.
6. 6. 6. Venae spermaticae internae rami, sanguinem ex ipsa testiculi pulpa reuehentes ac per albugineam prorumpentes.
7. 7. Plexus pampiniformis seu spermaticus, quem hae venae formant.
8. Venae spermaticae internae truncus, cum funiculo spermatico per annulum abdominalem transeuns, abscissus.
9. 9. 9. Vena spermatica interna altera seu minor (non constans), quae, juxta ductum deferentem adscendens, tunicam vaginalem communem in hoc specimine perforat, ad externam eius faciem decurrit, tandemque superato annulo abdominali cum venae spermaticae trunco (8) confluit.
10. 10. 10. Vena spermatica externa, arteriae eiusdem nominis comes.
11. Ductus efferentes, qui ex ipsa testiculi substantia prorumpunt. Conf. Fig. 9.
12. 12. Coni epididymidis.
13. 13. Epididymis.
14. 14. 14. Ductus deferens.

Fig. 8. *Testiculus humanus macerationis ope dissolutus, ita, vt tubuli seminiferi distincte cernantur.*

Ruysch *Thes. anat.* IV. Tab. I. Fig. 2.

Fig. 9. *Testiculus humanus argento viuo repletus.*

Halleri *Oper. min.* Tom. II. part. I. Tab. I. Fig. 1.

1. 1. 1. Tunica albuginea.
2. 2. *Tubuli seminiferi.*
3. 3. *Rete testiculi.*
4. Argentum viuum in bullas effusum.
5. *Ductus efferentes*, e quibus dein coni formantur.
6. 6. 6. Coni, qui *caput epididymidis* constituunt, ex continuatione ductuum efferentium enati.
7. 7. *Epididymis* tota, hydrargyro repleta, ex vno serpentino vasculo composita.
8. *Epididymidis cauda*, ex qua ductus deferens incipit.
9. 9. *Ductus deferens.*

Fig. 10. *Vesiculae seminales cum vesica vrinaria et prostata. Dextra vt absque artis ope se habet, sinistra cera repleta et explicata.*

Haller. ibid. Fig. 2. (⅔)

1. 1. 1. Vesica vrinaria.
2. 2. Planum posterius fibrarum, vesicae longitudinem tenentium.
3. Prostata.
4. Pars membranacea vrethrae.
5. 5. Vreteres.
6. Arteriae aliquae vesicae vrinariae et vesicularum seminalium.
7. 7. Ductus deferens dexter.
8. 8. — — — — sinister.
9. Vesicula seminalis dextra, nil mutata.
10. Ductus eiaculatorius dexter, prostatam perforans.
11. 11. 11. Vesicula seminalis sinistra, cera repleta, ob dissoluta cornicula multo longior.
12. 12. 12. 12. Coecae adpendices, quae in hoc cadauere potius breuiores fuerunt, quam in aliis.
13. 13. Aliquae adpendices ramosae.
14. Ductus eiaculatorius sinister, prostatam perforans.

Fig. 11. *Vasorum deferentium cum vesiculis seminalibus communio. Dissectae horizontali-*

zontaliter ſunt partes, ita, vt interior earum facies adpareat.

Regn. de GRAAF *Tract. de viror. organis* etc. Tab. VI. Fig. 1.

1. 1. Ductuum deferentium pars, craſſa ſubſtantia et exigua cauitate donata.

2. 2. Ductuum deferentium pars, tenuiori ſubſtantia et maiori cauitate praedita capſulaeque adinſtar dilatata.

3. 3. Ductus deferentis vtriusque extremitas rurſus coarctata, quae cum veſicula ſeminali et ductu eiaculatorio ſui lateris confluit.

4. 4. 4. 4. Veſiculae ſeminales, flatu distentae.

5. 5. Arteriae ad veſiculas ſeminales tendentes.

6. 6. 6. Pars peritonaei, poſteriorem faciem veſicularum ſeminalium obtegens.

7. 7. Ductus eiaculatorii.

EXPLICATIO TABVLAE LXXVIII.

Fig. 1. *Fetus quatuor circiter menſium teſticuli, peritonaeo, vt cetera, obducti, adhuc in abdominis cauo haerentes, quorum gubernacula apice ſuo ad oſſa pubis ſeſe demittere obſeruantur.*

Santorini *Tabul. ſeptemd. poſthum.* Tab. Girardi. II. Fig. 2.

1. 1. Renes.
2. 2. Vreteres.
3. Veſica vrinaria, ſurſum vna cum arteriis vmbilicalibus reuoluta.
4. 4. Arteriae vmbilicales.
5. Vaſa ſpermatica, ſinuoſis flexibus incedentia.
6. 6. Teſticuli.
7. Epididymides.
8. 8. Vaſa deferentia, ſerpentino ductu procedentia.
9. 9. Gubernaculum teſticuli dextri et ſiniſtri.

Fig. 2. *Sedes teſticulorum in fetu ſex circiter menſium.*

Santorini ibid. Fig. 1.

1. 1. Hepar, quod, in fetu praegrande, non ſolum dextrum ſed etiam ſiniſtrum hypochondrium occupat, ſurſum reuolutum.
2. Vena vmbilicalis, in foſſam ſuam intrans.
3. Veſica fellea.
4. Ventriculus.
5. 5. Duodenum.
6. Ieiunum.
7. Meſenterii pars.
8. Lien.
9. 9. Renes.
10. 10. Capſulae ſuprarenales.
11. Vena caua inferior.
12. Aorta.
13. 13. Vaſa ſpermatica.
14. Duplicatura peritonaei, qua vaſa ſpermatica teſticulum ſubeunt.
15. Teſticulus dexter, paullo infra renem in cauitate abdominis haerens.
16. Epididymis fere ſoluta ac veluti nutans.
17. Vas deferens, ſerpentino ductu incedens.
18. Gubernaculum, peritonaeo obductum, quod teſticulo ſubiicitur et in eundem continuatur.
19. Teſticulus ſiniſter, e cauo abdominis ad ſcrotum delapſus.
20. Epididymis.
21. Ductus deferens.
22. 22. Integumenta, diſciſſa ſecundum longitudinem et reuoluta.

23. 23.

23. 23. Peritonaeum ad anguli abdominalis regionem recta linea diſſectum, vt tunica vaginalis pariter diſciſſa in conſpectum prodeat.
24. Tunica vaginalis teſticuli, e peritonaeo producta, diſciſſa.
25. Inteſtinum rectum, meconio repletum.
26. Veſica vrinaria, deorſum reflexa.
27. Vrachus.
28. 28 Arteria vmbilicalis.
29. Funiculus vmbilicalis.
30. 30. Vreteres.

Fig. 3. *Fetus corpuſculum, cuius abdomen inferius eo ſcopo praeparatum eſt, vt teſticulorum ſitus, canalis peritonaei apertura et progreſſus, peritonaei in eundem continuatio eiusdemque cum ſcroto connexio cerni poſſint.*

Wrisbergii *Commentat.* Volum. I. Tab. 8.

1. 1. Renum margo inferior.
2. Vena caua inferior.
3. Arteria aorta.
4. 4. Vaſorum ſpermaticorum origo et pone peritonaeum deſcenſus.
5. 5. Vreteres.
6. Inteſtinum rectum.
7. Veſica vrinaria, aperta.
8. Penis.
9. 9. Scrotum, ex vtraque parte apertum.
10. 10. Faſcia ligamentoſa ſeu potius celluloſa, peritonaei proceſſum cum inferiore ſcroti parte coniungens.
11. Teſticulus dexter, tunica ſua vaginali incluſus, ex cauo abdominis per annulum jam egreſſus, medio autem in loco inter inguen et infimam ſcroti partem haerens.
12. Teſticulus ſiniſter, cuius alterum dimidium adhuc in abdominis cauo cum ſua epididymide remanſit, alterum vero per annuli abdominalis aperturam in canalem peritonaei jam ingreſſum eſt.
13. Epididymis huius teſticuli.
14. 14. Ductus deferentes.
15. 15. 15. 15. Peritonaei pars, quae muſculos abdominales interius obducit, ab illis ſoluta, per quam vaſa ſpermatica pellucent.

Loderi *Tabul. anat. Splanchnol.*

16. 16. 17. 17. Peritonaei vera immediata continuatio, per annulum abdominalem in ſcrotum producta, canalem vel proceſſum peritonaei formans, qui teſticulum ambit.
16. 16. Infundibuliformis huius canalis peritonaei apertura, per quam teſticulus deſcendit.
17. 17. Progreſſus vlterior huius canalis in ſcrotum.
18. 18. Tubulus, in canalem peritonaei immiſſus, cuius ope tunica vaginalis teſticuli in amplam veſicam inflata eſt.
19. 19. Arteriae vmbilicales reſciſſae.

Fig. 4. *Situs teſticulorum in abdomine, in fetu abortiuo ſex menſium. Inteſtina omnia, excepto recto, remota ſunt et peritonaeum in plerisque locis a partibus, quas obtegit, ſolutum eſt, vt hae partes diſtinctius adpareant.*

I. Hunter's *Obſervations on certain parts of the animal oeconomy,* Tab. I.

1. Penis.
2. Scrotum.
3. 3. Integumenta cum muſculis abdominalibus et peritonaeo diſciſſa et reuoluta.
4. Inferior pars vtriusque renis.
5. Inteſtinum rectum, meconio repletum.
6. Veſica vrinaria, cuius ſuperior pars reſecta eſt.
7. 7. Arteriae vmbilicales.
8. 8. Vaſa ſpermatica, ſerpentino ductu decurrentia.
9. 9. Teſticuli, paullo ſupra annulum abdominalem occurrentes. In hac Figura interior margo teſticuli paullulum verſus exteriora deuolutus eſt, eum in finem, vt vaſa ſpermatica ad poſteriorem marginem teſticuli in duplicatura peritonaei decurrentia melius in conſpectum veniant. Haec duplicatura includit vaſa illa ipſisque externam membranam praebet, eo fere modo, quo duplicatura meſenterii inteſtina obtegit eorumque vaſa comitatur.

Epididymidis principium adparet in ſuperiori parte teſticuli, a qua ad exteriorem teſticuli faciem, in hac Figura non conſpicuam, deſcendit.

10. 10. Ductus deferentes, ſerpentino tramite decurrentes ad veſiculas ſeminales.

11. 11. 11. Gubernacula teſticuli. In latere ſiniſtro gubernaculum hoc integrum eſt, atque ab inferiori teſticuli apice per annulum abdominalem ad ſcrotum vsque deſcendit. In dextro latere ſuperior et anterior eius pars reſecta eſt, vt epididymis eiusque in vas deferens continuatio melius conſpiciatur. Ea tandummodo pars gubernaculi hic exhibita eſt, quae in cauitate abdominis occurrit.

12. 12. Vreteres.

Fig. 5. *Eaedem partes fetus paullo maioris, cuius teſticuli jam ex abdominis cauo in ſcrotum deſcenderunt. Remota ſunt inteſtina tenuia, craſſa vero in naturali ſitu relicta ſunt.*

Hunter ibid. Tab. II.

1. Hepar, obiter indicatum.
2. 2. Integumenta abdominis diſciſſa et reclinata.
3. Inteſtinum coecum.
4. Adpendix vermiformis.
5. 5. 5. Colon.
6. Initium inteſtini recti.
7. Pars muſculorum abdominalium dextri lateris, cum peritonaeo verſus os ilium reclinata.
8. 8. Inferior pars Obliqui externi abdominis.
9. Inferior pars Recti abdominis dextri lateris, verſus ſiniſtrum latus ita reclinata, vt arteria epigaſtrica in facie eius interna decurrens adpareat.
10. Veſicae vrinariae anterior pars.
11. Vrachus.
12. Vaſa cruralia, ſub ligamento Fallopii prodeuntia.
13. Funiculus ſpermaticus ſiniſtri lateris.
14. Teſticulus ſiniſter, incluſus tunica ſua vaginali, quae ex proceſſu peritonaei conſtat, prout adparet, cum paullulum diſtenditur vel aëre vel aqua.
15. Teſticulus dexter, aperto proceſſu peritonaei diſtincte in conſpectum veniens.
16. Epididymis.
17. 17. Vaſa ſpermatica.
18. Ductus deferens.
19. Reſiduum gubernaculi.
20. Vreter.

EXPLICATIO TABVLAE LXXIX.

Fig. 1. *Vagina a posteriori secundum longitudinem dissecta, cum vtero, tubis et ouariis: ex cadauere virginis integerrimae, annorum XXIV. Conf. Tab. LXXX, Fig. 6.*

Ex *Tabulis anatomicis* hucusque ineditis b. Wagleri, Archiatri olim Brunsvicensis, cuius supellex anatomica ad museum meum accessit.

1. Vteri fundus.
2. — corpus.
3. — ceruix s. collum.
4. — orificium, valde rugosum, rima sua transuersa in labium anterius et posterius, exacte conniuentia, diuisum.
5. 6. Tuba Fallopiana dextra: 5. eius ortus, 6. latissima eius pars s. antrum.
7. 7. Fimbria huius tubae.
8. 9. Tuba Fallopiana sinistra: 8. eius ortus, 9. latissima eius pars s. antrum.
10. 10. Fimbria huius tubae.
11. 11. Vasa spermatica, ante tubas reflexa.
12. Ouarium dextrum.
13. Ligamentum huius ouarii, sinistro paullo breuius.
14. Ouarium sinistrum.
15. Ligamentum eius, dextro paullo longius.
16. 16. 16. 16. Alae vespertilionis.
17. 17. Margo inferior huius alae, tubae fimbriam cum ouario nectens.
18. 18. 18. 18. Ligamenta vteri lata.
19. 19. 19. 19. — — — rotunda.
20. 20. Labia pudendorum maiora, reflexa.
21. Perinaei pars.
22. 22. 22. 22. Vagina vteri, ad parietem posteriorem secundum longitudinem incisa et modice expansa.
23. Ostium vaginae, ab interiori spectatum.

Tota vaginae superficies interior, ne excepto quidem ipso vteri orificio, exquisite rugosa est. Ostii vaginae interni rugae, radiorum instar, ad commune centrum conuergunt, ipsumque ostium bursae in modum quasi stringunt atque in ipsam hymenis faciem posticam confunduntur. Rugarum vaginae aliae, inprimis quae in vicinia orificii vterini et ad parietem vaginae posteriorem occurrunt, reticulares sunt, aliae teretes. Parietis anterioris et ostii vaginae rugae varia forma sese exhibent; sunt enim vel sibi contiguae, vel mediis interuallis magis a se inuicem remotae, passim margine serrato seu crenato munitae, passim sursum replicatae. — Ostiola lacunarum et sinuum mucosorum, quae in valleculis intermediis rugarum occurrunt, ob exiguitatem expressa non sunt.

Fig. 2. *Genitalia externa virginea cum hymene perfecto.*

Joh. Guil. Tolberg *Diss. de varietate hymenum* (Hal. 1791. 4.) Fig. 4.

1. Mons Veneris.
2. 2. Labia pudendorum externa s. maiora, exiguis pilis hirta.
3. 3. Eorum superficies glabra interna.
4. 4. Labia pudendorum interna s. minora. s. nymphae, quae vix eminent.
5. Praeputium clitoridis.
6. Glans clitoridis.
7. Hymenis pars posterior, latior.
8. 8. Hymenis crura anteriora.
9. Ostium vaginae.
10. 10. Trabeculae, hymenis crura tam inter se, quam ad ostium vrethrae firmius nectentes.
11. Ostium vrethrae, plica cutanea eminente inaequale factum.
12. 12. Lacunae mucosae anteriores.
13. 13. — — — — posteriores.
14. Frenulum.
15. Fossa nauicularis.
16. Perinaeum.
17. Anus.

Fig. 3. *Genitalia externa puellae aliquot hebdomadum natae, hymene rotundo instructa.*

Halleri *Icon. anat.* Fasc. I. Tabul. vaginae vteri. Fig. 3.

1. 1. Labia pudendorum externa et interna, distenta aciculorum ope.
2. Glans clitoridis cum praeputio suo.
3. Ostium vrethrae.
4. 4. Hymen rotundus, ostium vaginae circumcirca ambiens.
5. Cauitas vaginae, tota rugosa.

Fig. 4. *Genitalia externa puellae annorum XIV.*

Haller ibid. Fig. 4.

1. 1. Labia pudendorum externa s. maiora.
2. 2. — — — — interna s. minora, ordinario modo constituta.
3. Clitoridis glans.
4. Eius praeputium.
5. Hymen perfectus, falcatus.
6. Frenulum.
7. Fossa nauicularis.
8. Ostium vaginae, hymenis limbo et vrethrae ostio interceptus. Reliquum spatium, clitoride, labiis internis ipsoque hoc ostio interceptum, est *vestibulum vaginae.*
9. Perinaeum.
10. Anus.
11. Vrethrae ostium.
12. 12. Margines eminentes arctioris rimae pudendorum.
13. 13. Duo ventriculi.

Fig. 5. *Hymen praeternaturalis, praeditus columna carnea, aditum ad vaginam in duo segmenta inaequalia diuidente.*

Haller ibid. Fig. 6.

1. Hymen.
2. Hymenis columna.

Reliqua facile intelliguntur ex praecedente Figura.

Fig. 6. *Sectio vteri et vaginae puellae paucarum septimanarum.*

Haller l. c. Fasc. II.

1. Vterus, per posteriorem faciem apertus.
2. 2. Ouaria et tubae.
3. 3. 3. 3. Vagina aperta per anteriora.
4. 4. Eius membrana interna, rugosa.
5. 5. Eius membrana externa, fibrosa.
6. Hymenis dissecti circellus.
7. Orificium vteri, crenatum et asperum.
8. Septum vteri, ex tribus jugis compositum, raro occurrens.
9. Columna ceruicis vteri anterior.
10. — — — — posterior.
11. 11. Palmae plicatae ceruicis vteri.
12. Valuulosa pars vaginae, vtero proxima.
13. Columna vaginae anterior et maior.
14. — — — — posterior et minor.
15. Parua eminentia intermedia.
16. Pars hymeni proxima, ex valuulis circularibus composita.

Fig. 7. *Ouarium sinistrum feminae, quae in vtero nunquam gestauit.*

Roedereri *Icon. vteri hum.* Tab. VII. Fig. 5.

1—2.

1—2. Longitudo ouarii.

3—4. Latitudo.

Adparent veluti cicatrices et ſulci in membrana ouarii externa, etſi femina nunquam grauida fuerit: vix itaque iſtiusmodi foueae editum partum ſemper indicare poſſunt.

Fig. 8. *Ouarium dextrum magnitudine naturali delineatum, a poſteriori viſum, cum tuba, flatu diſtenta et fimbria. Ex cadauere virginis integerrimae, hymene perfectiſſimo inſtructae, annos natae circiter XXIV.*

1. 2. 3. 4. Tuba Fallopiana: 1. principium ab vtero ortum trahens, anguſtum; 2. pars, quae latior eſt; 3. oſtium externum, denuo anguſtatum; 4. Fimbria.

5. 5. *Ala veſpertilionis.*

6. Ligamenti vteri lati pars.

7. *Ouarium.*

8. Ligamentum eius.

Fig. 9. *Idem ouarium verticaliter ſectum, vt interior ſubſtantia adpareat. Cernuntur plures veſiculae, limpido liquore plus minusue repletae, variae magnitudinis.*

Fig. 10. *Ouarium dextrum a poſteriore viſum cum tuba flatu diſtenta et fimbria. Ex cadauere infantis annorum circiter decem.*

1—8. Vt in Figura 8.

Fig. 11. *Idem ouarium verticaliter ſectum. Cernuntur puncta, quae veſicularum locum in hac aetate occupant.*

EXPLICATIO TABVLAE LXXX.

Fig. 1. *Genitalia virginea cum musculis adiacentibus.*

Santorini *Tabul. septemd. posthum.* Tab. XVII.

1. Mons Veneris.
2. 2. Labia pudendorum externa s. maiora, diducta.
3. Glans clitoridis.
4. 4. Praeputium huius glandis.
5. 5. Labia pudendorum interna s. minora s. nymphae, a se inuicem diductae.
6. Meatus vrinarius s. ostium vrethrae.
7. Vaginae ostium.
8. 8. 8. Hymen.
9. Frenulum.
10. Fossa nauicularis.
11. Ossis pubis ramus descendens.
12. — ischii ramus adscendens.
13. 13. Ossis ischii tuberositas.
14. 14. Erectores clitoridis.
15. 15. Constrictor ostii vaginae.
16. 16. Transuersi perinaei superficiales.
17. 17. — — — — profundi.
18. 18. 18. Sphincter ani externus.
19. Anus.
20. Cutis particula.
21. 21. Leuatores ani.

Fig. 2. *Genitalia virginea cum hymene integro, patentiori ostio et tenuiori ambeunte annulo.*

Ioh. Gui l. Tolbero Diss. *de varietate hymenum* (Hal. 1791. 4.) Fig. 3.

1. Mons Veneris, breuibus pilis obtectus.
2. 2. Labia pudendorum externa s. maiora.
3. Labii interni s. minoris s. nymphae dextrae facies interna, vestibulo obuersa.
4. Eiusdem nymphae terminatio rugosa in faciem internam labii externi dextri.
5. Nymphae sinistrae facies interna.
6. Eius terminus inferior.
7. Praeputium clitoridis cum cryptis suis sebaceis.
8. Crus nymphae dextrae, ad praeputium clitoridis adscendens.
9. Eiusdem nymphae crus ad glandem clitoridis pertinens.
10. 11. Eadem crura nymphae sinistrae.
12. Glans clitoridis.
13. Ostium vrethrae.
14. Ostium vaginae.
15. Hymenis latior pars, posterior.
16. 16. Hymenis crura anteriora.
17. 17. Variae trabeculae hymenis, profundarum

darûm lacunarum muciparartum oſtia cingentes.

18. 18. 18. Lacunae mucoſae anteriores.

19. 19. Lacunae mucoſae poſteriores.

20. Frenulum, duplicem hic plicam efficiens, a partium diſtenſione forte enatam.

21. Perinaeum, vi aliqua diſtenſum.

22. Anus.

Fig. 3. *Genitalia embryonis feminini maturi. Diducta ſunt labia externa et interna.*

Albini *Academ. annot.* Lib. IV. Tab. IV. Fig. 1.

1. 1. Labia externa ſ. maiora.

2. Glans clitoridis cum praeputio ſuo.

3. 3. Labia interna ſ. minora.

4. Oſtium vrethrae.

5. 5. Frenulum, cum foſſa nauiculari.

6. 6. Hymen, diductus, patens foramine maximam partem rotundo.

7. Craſſior hymenis pars, inſtar frenuli.

Fig. 4. *Vterus virgineus.*

Roedereri *Icones vteri hum.* Tab. VII. Fig. 2.

1. Fundus.

2. 2. Orientes tubae.

3. 3. Corpus vteri.

4. 4. Media pars inter corpus et ceruicem.

5. 5. Latiſſima pars ceruicis.

6. Labium orificii anterius.

7. — — — poſterius.

8. Rima media inter duo labia.

9. 9. Hac ſede reſectum eſt peritonaeum.

Fig. 5. *Cauum vteri, cuius planum poſterius hic adparet.*

Roederer ibid. Fig. 4.

1—6. Vt in praecedente Figura.

7. Superficies caui corporis.

8—9. Canalis ceruicis.

8. Orificii vterini apertura interna.

9. — — — — — — externa.

10. Craſſities ſubſtantiae fundi.

11. 11. Craſſities ſubſtantiae corporis.

12. 12. — — — — ceruicis.

Fig. 6. *Vterus virgineus in medio diſſectus, ex cadauere virginis annorum XXIV.*

Ex *Tabulis anatom.* hucusque ineditis *b.* Wagleri, Conf. Conf. Tab. LXXIX. Fig. 1.

1. Diſſectus fundus plani anterioris vteri.

2. Fundus plani poſterioris.

3. 3. Sectio longitudinalis, qua plana vteri ad canalem ceruicis vsque disiunguntur.

4. Orificium internum tubae Fallopianae ſiniſtrae.

5. Orificium internum tubae Fallopianae dextrae, cuius canalis ſimul inciſus aliquot lineas hiat.

6. 6. Styli in tubas inſerti.

7. 7. 7. Tubarum pars abſciſſa.

8. Facies interna triangularis plani vteri anterioris.

9. Eadem facies plani poſterioris.

10—11. Canalis ceruicis inciſi et expanſi planum anterius.

12—13. Eiusdem canalis planum poſterius. Palmae plicatae in canali ceruicis egregie adparent.

14. Orificii vteri, vtrimque inciſi, labium anterius.

15. Eiusdem labium poſterius.

11. Rimae tranſuerſae orificii vterini diſſecti planum anterius, in canalem ceruicis continuatum.

13. Eiusdem planum poſterius.

16. 16. 16. Vaginae reſectae pars anterior.

17. Eiusdem pars poſterior.

Fig. 7. *Mamma feminae annorum XXXVI, cuius ductus lactiferi mercurii viui ope feliciſſime impleti ſunt, ab anteriori ſpectata. Remota ſunt integumenta externa cum pinguedine.*

Alex. *Bernh.* Kölpin Diſſ. *de ſtructura mammarum ſexus ſequioris.* (Gryphisw. 1765. 4.) Tab. I. (½).

1—12. Duodecim tubuli lactiferi maiores. Decimus tertius ob profundiorem ſitum delineari non potuit.

13. Papilla mammae.

Fig. 8. *Eadem mamma, a posteriori. Remota est tela cellulosa cum pinguedine.*

Kölpin ibid. Tab. II. (⅔).

1. 1. 1. 1. 1. Vasorum absorbentium plexus.

2. Truncus vasorum absorbentium magnus, ad glandulas axillares decurrens.

3. Minor eiusmodi truncus.

4. 4. 4. Tubuli lactiferi maiores, pellucentes, in hac superficie quodammodo conspicui.

Fig. 9. *Papilla mammae et areola feminae annos natae XXVI. viuae, grauidae mense octauo.*

1. Papilla, varios sulcos et veluti rimas ostendens.

2. 2. Areola, quae fusco colore a reliqua parte mammae distincta est. Cernuntur in illa non solum aliqui pili, sed etiam multi colliculi, a prominentibus glandulis simplicibus sebaceis (vel folliculis sebaceis) enati.

EXPLICATIO
TABVLAE LXXXI.

Fig. 1. *Vterus grauidus feminae nono grauiditatis menſe exeunte extinctae. Contenta abdominis, integumentis decuſſatim inciſis et reflexis, in conſpectum veniunt. Reſupinatum eſt adcliui ſitu cadauer. Pudenda oedemate adfecta erant.*

Hunteri *Anat. vteri hum. grav.* Tab. I. ($\frac{1}{2}$)

1. 1. Pars anterior thoracis infra mammas, qua truncus erat transuerſe diſciſſus, figuram a parte ſuperiori terminans.

2. 2. Integumentis, muſculis et peritonaeo decuſſatim inciſis, eorum anguli duo ſuperiores in marginem thoracis reflexi.

3. 3. Eorumdem anguli duo inferiores reclinati et fili ope femoribus adfixi.

4. Inciſionis longitudinalis ad ſcrobiculum cordis a mucrone cartilaginis enſiformis ductae, extremitas ſuperior.

5. Eiusdem inciſionis ad ſynchondroſin oſſium pubis ductae extremitas inferior.

6. Hepatis ligamentum ſuſpenſorium paullo reclinatum.

7. — — lobus ſiniſter.

8. Omentum in regione epigaſtrica ſitum, inteſtinis tenuibus incumbens.

9. Omenti pars inferior et media, ab vtero antea eleuata et in multas plicas compreſſa.

10. Omentum a latere dextro deſcendens.

11. Omentum, quod in latere ſiniſtro ante tubam etc. deſcenderat, ſeorſim poſitum, vt partes illae in conſpectum venirent.

12. 12. Duorum inteſtinorum tenuium gyri, qui omento tecti fuerant.

13. *Vterus*, regionem totam vmbilicalem et hypogaſtricam occupans. Situs vteri paullo obliquus eſt ad latus dextrum. Forma vteri quodammodo irregularis: aliae eiusdem partes aliis eminentiores ſunt. Id ex eo oritur, partim, quod viſceribus vicinis incumbens, praeſertim ad fundum, ſe ad eorum formam finxerat, partim etiam, quod contenta eius formam irregularem prae ſe tulerant.

14. Tumor ad latus ſiniſtrum vteri, ea ſcilicet in parte, cui media placenta interne adhaerebat.

15. Tumor in latere dextro, vbi nates foetus jacebant, vbi etiam foetum per ſubſtantiam eius ſatis distincte tactu percipere licuit.

16. 16. Ligamenta rotunda vteri. Siniſtrum, propter ſitum vteri obliquum, dextro longius eſt.

17. 17. Tubae Fallopianae.

Fig. 2. *Vteri nono menſe exeunte grauidi pars anterior et exterior, omnino ſiccata, exhibens faciem vaſorum, qualem illa prae ſe ferunt eo in loco, vbi placenta vtero adhaeret.*

Hunter l. c. Tab. X. Fig. 1. ($\frac{1}{2}$)

Venae cera flaua impletae, ab arteriis magnitudine et colore lucidiore nec non anaſtomoſibus pluribus facile dignoſcuntur. Arteriae minores, pauciores, flexuoſae, coloris magis obſcuri ſunt. Arteriae omnes conuolutae: pauciores autem videbantur, quia multi earum ramuli, cera flaua, venis prius iniecta, impleti fuerant. Huius exemplum vnum eſt ad numerum 1. Venas profundius ſitas per vterum ſiccatum cernere non licuit: indiſtincte igitur nulloque ordine delineatae ſunt.

Fig. 3. *Facies interna placentae, cuius vaſa per funiculum vmbilicalem cera repleta ſunt.*

Hunter *ibid.* Fig. 2. ($\frac{1}{2}$)

1. Cannula in arteriarum vmbilicalium alteram inſerta, per quam vtraque arteria cera viridi impleta eſt.
2. Cannula, per quam cera coerulea venae iniecta eſt.

3. 3. Amnios, in parte aliqua placentae laxe adparens.

4. 4. Placentae, qua amnios remota eſt, ſuperficies interior chorio obtecta. Hoc in loco rami maiores vaſorum adparent. Arteriae colore lucidiori diſtinctae ſunt, tunicis earum pellucidis cerae iniectae colorem viridem lucidiorem transmittentibus. In funiculo vmbilicali autem aliter ſe res habet, quippe vena in medio poſita vndique glutinoſa funiculi ſubſtantia fuit intecta, vnde cera coerulea magis pallida eſſe videtur.

5. Reflexa pars velamentorum oui. Vaſcula, quae ibi adparent, ad membranam externam oui pertinent.

Fig. 4. *Portio aliqua vteri et ſecundarum, nono menſe, ita diſpoſita, vt earum partium ſtrata diuerſa diſtincte conſpiciantur. Arteriis cera rubra, venis flaua iniecta eſt.*

